Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
C
9
NAPOLI

XXI
C
9

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATIO SYNOPTICA,
THEORICO-PRACTICA
DE
DUOBUS REIS,
PLERAQVE EO POTISSIMUM
FACIENTIA, ORDINE FACILI, NERVOSE
ET DILUCIDE PROPONENS
Ex
OPTIMIS PROBATISSIMISQVE, TAM ANTIQVOrum quàm recentium Juris-Conſultorum ſcriptis
congeſta & digeſta
à
THEODORO Mohr /
Hamburgenſi, Civitatis Wernigerodanæ Secretario,
Cum gemino indice, uno Autorum, altero Verborum & rerum.

HELMSTADI,
Typis & Sumptibus HENRICI HESSII,
ANNO DC MLXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO DOMINO

DOMINO ERNESTO COMITI IN STOLBERG.

KÖNIGSTEIN, ROSCHEFORT
WERNIGERODA ET HONSTEIN.
DOMINO
INEPSTEIN, MÜNTZENBERG,
BREIBERG, AIGMOND, LOHRA
ET CLETTENBERG.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO REOS
HOSCE.
HUMILLIMÆ. SUBJECTIONIS TESTES
PERPETUOS
GRATIÆQUE HACTENUS EXHIBITÆ
PRÆCONES LONGE IMPARES
ET UT PORRO AUTORI ILLIBATA CONSTET
INTERCESSORES SUPPLICES
DEVOTA MENTE SISTIT ET INSCRIBIT

THEODORUS Mohr.

VIRIS

Digitized by Google

VIRIS

MAGNIFICO PRÆNOBILISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS

DN. LUDOVICO GüNTHRO MARTINI,

ICTO EX MONUMENTIS INGENII PUBLICE EXSTANTIBUS CELEBERRIMO,

ILLUSTRISSIMI COMITIS STOLBERGENSIS CONSILIARIO ET CANCELLARIÆ HUJATIS CONSISTORII QUE DIRECTORI LAUDATISSIMO

UT ET

DN. JOANNI TOBIÆ HABERSTRO

JCTO NOMINATISSIMO

CONSILIARIO STOLBERGENSI AULICO ET CONSISTORII HUJATIS ADSESSORI MERITISSIMO

DNN. PATRONIS SUBMISSE VENERANDIS

NEC

Digitized by Google

NEC NON

VIRIS

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS CONSULTISSIMO
PRUDENTISSIMISQUE
DNN. CONSULIBUS, CONSULENTI TOTIQUE
ORDINI SENATORIO CIVITATIS
WERNIGERODENSIS
DOMINIS, FAUTORIBUS, COLLEGÆ ET AMICIS
OBSERVANTER SUSPICIENDIS

LIBELLUM HUNC

OFFICIOSISSIME COMMENDAT, PATRO-
CINIUM QVE ILLIUS PROMTVM
CONTRA MALEVOLORVM QVORVMVIS IN-
SULTUS
ANXIE AMBIT ET EXPECTAT EO
BENEVOLENTIA HACTENVS CONSTANTER
PERSPECTA QVAM PERPETVAM EXOPTAT
INDVCTVS

THEODORVS Mohr.

JO-

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNIS EICHELII
PRÆFATIO
AD
BENEVOLUM LECTOREM.

QVi materiam aliquam juris tractandam aggrediuntur, plerumquè eam vel ab utilitate & frequenti ejus uſu, vel difficultate vel ab utraquè commendare ſolent. Qui mos jam tum apud veteres JURIS CONSULTOS Romanos, uti ex fragmentis, quæ adhuc hodiè in Pandectis ſuperſunt, videre eſt, obtinuit. Eſt enim juris in univerſum hæc indoles, hic genius, ut aliud præ alio magis & frequentiùs ad Mortalium uſus adhibeatur; difficilioribuſquè etiam & pluribus tricis ſit involutum. Qvod quidem de hac materia duorum aut plurium Reorum ſivè promittendi & debendi, ſivè ſtipulandi aut credendi veriſſimè aſſeri poteſt.

Qvum enim unita vis ſit fortior, & propterea plurium opes & fortunæ & plus fidei inveniant, quàm unius, & plurium interventu negotia faciliùs expediri & promoveri queant, quàm unius, præſertim lubricis hiſce

tem-

Digitized by Google

tempòribus, ubi fides mortalium valdè ſubleſta eſſe ſolet; apparet liquidò, duorum vel plurium Reorum & ſtipulandi & debendi morem eſſe & utiliſſimum & frequentiſſimum.

De difficultate verò hujus argumenti nemo facilè ambiget. Cum enim unius obligatio, propter ingentem perſonarum diverſitatem, vel ratione ſexus, vel ætatis, vel poteſtatis, vel aliarum propè innumerarum circumſtantiarum; vel non minorem rerum ipſarum multitudinem & differentiam; nec non modorum, ſub quibus obligationes contrahi ſolent, ampliſſimum diſcrimen, infinitis propemodum tricis involvi queat; Quid dicemus de obligatione duorum, vel plurium, trium, puta, quatuor, quinquè & aliorum, qui in uno eodemquè nexu ſunt? ut proindè labor, quem CLARISSIMUS AUTHOR in evolvendis tricis duorum vel plurium reorum obligationis lubens ſuſcepit, & non parum in ſeſe contineat emolumenti, quod & diſcentes & docentes, nec non in praxi civili verſantes exindè capere poſſint, & ſimul non minoribus difficultatibus ſit implicitus; adeoq; omnium bonorum amore & lectione digniſſimus. Tametſi enim noſtra Jurisprudentia hodiè non minori librorum mole laboret; quàm olim JUSTINIANI IMPERATORIS ætate; tamen inter illos maxima eſt differentia. Sunt enim, qui nihil aliud quàm vel centies, imò millies antea dicta in ſe comprehendunt & repetunt:

petunt: quibus lubenti animo & ſine ulla jactura carere poſſemus; cujus tamen ſortis ingentium voluminum uberem licet metere meſſem.

Verùm qui tales materias aggrediuntur, quas pauci excolendas ſuſceperunt; eaſq; perſpicuè, dilucidè & quidem ex iis principiis, ex quibus debent, ſolidè & juſto faciliquè ordine explicant, illi tantum abeſt ut molem librorum juridicorum augeant, ſed potiùs illorum opera, quâ carere ſine jactura publicæ utilitatis non poſſumus, ſummè neceſſaria videatur, & â bonis & doctis exertis, votis expetatur. Qualem hanc materiam duorum aut plurium reorum eſſe & veterum & recentium monumenta & omni exceptione majora teſtimonia PRÆSTANTISSIMORUM JURISCONSULTORUM evincunt. A prima enim IRNERII ætate, quâ latens jus Romanum ex tenebris in lucem denuò fuit prolatum uſquè ad BARTOLI tempora, nemo hanc materiam ferè ex profeſſo eſt aggreſſus; ſed ea incidentèr ſaltim & confusè, nec ſine multis erroribus, commentariis nonnullorum in Pandectas & Codicem fuit inſerta. Ipſe BARTOLVS manum quidèm admovit illis omnibus colligendis, congerendiſquè, quæ ab illis, qui ab IRNERII temporibus uſquè ad ſuam ætatem ſcripſerunt, relicta ſunt; verùm in quatuor aut quinquè ſaltim loca in ſuis commentariis ad hunc Titulum per breves quæſtiones tantùm per indicem quaſi ſummis digitis tactas

)b(nullo

nullo ordine digeſſit; ex quibus difficillima hæc materia neutiquàm extricari aut plenè intelligi poteſt. Sanè JOANNES RONCHEGALLUS GIOLDVS FERRARIENSIS, primum Profeſſor Juris in Gymnaſio Piſano, ſub auſpiciis JLLVSTRISSIMI COSMI MEDICES, poſtea in patria Academia ſucceſſor LVDOVICI CATI, CELEBERRIMI JVRIS CONSVLTI, dum commentarium moliretur in hunc Titulum de duobus Reis conſtituendis, penè omnium loculos in Italia excuſſit; neque tamen quiſquam quod operæ quidem pretium eſſet, invenire potuit. Non tantum enim ab ANDREA ALCIATO, HIERONYMO COGNOLO, MARIANO SOCINO JVNIORE CÆLIO TAURELLO FANNENSI, ET ALPHONSO QVISTELLO MIRANDVLENSI; ſed etiam à VINCENTIO PORTICO, JOANNE MARIA PAVLOCIO EVGVBINO ET PERINETTO PARPALEO petiit, ut ſiquid commentariorum ad hanc difficilem materiam pertinentium poſſiderent, ipſi commodarent. Deprehenderat nimirum ex lectione commentariorum Gali aulæ *in §. ſi quis ſimpliciter L, 1. ff. de verborum obligationibus.* Ipſum ad Authenticam *hoc ità Cod: de duobus reis* ſcripſiſſe; nec non MARIANVM SOCINVM SENIOREM integrum condidiſſe volumen ad hunc Titulum; verùm uti hoc poſtremum Romæ furto ablatum; ita priorem tractatum nuſpiàm invenire potuit. PETRVS BESVTIVS & RAPHAEL COMENSIS quidem hanc materi-

materiam illuſtrrarunt peculiaribus ſcriptis; ſed uti illius quidem tum temporis ad huc nondùm erant edita; ita hujus laborum jam tum Bononiam ad ANDREAM Bibliopolam tranſmiſſorum, compos fieri non potuit: Adeò ut pauci eſſent, qui tum quidem temporis ex profeſſo hanc materiam peculiaribus commentariis ex coluerint. Ipſe verò RONCHEGALLVS, illis, quibus licuit, uſus adjumentis juſtum volumen ad hunc Titulum conſcripſit, non inelegans, nec indoctum; difficili huic materiæ ex ſubtili enucleandæ & extricandæ non impar. Verum nimis eſt prolixus & multa ἀλλότρια plane huc non pertinentia admiſcet, neque ordinem, quem ſibi quidem propoſuit ſervavit, nec is indoli & genio noſtræ materiæ convenit. Ne dicam, quod nimius ſit in congerendis plurimis authoritatibus Doctorum, quibus, omnem rem, more & olim & hodie uſitato, confici ſibi perſvadet. Poſt hunc paucos reperire licet, qui ſimilem operam præſtiterunt, & quidem peculiaribus ſcriptis; ſed ingentem multitudinem invenies commentariorum, qui incidentèr plurima hujus argumenti ſuis vel commentariis perpetuis ad ff. & Cod: vel conſiliis, Reſponſis, Deciſionibus & aliis ferè innumeris ſuis ſcriptis, præſertim illi, qui ex profeſſo de Fidejuſſoribus commentati ſunt, inſperſerunt. Quorum catalogum jam quidem edere nòn placet. Aſt non eâdem felicitate aut fructu præſtiterunt & hi, quem ſuſceperunt, laborem: cum inter Juris Con-

Digitized by Google

ſultos aut Interpretes Juris ſit differentia longè maxima. Alii enim præ aliis majori dexteritate id exequuntur, prout vel doctiores & peritiores Præceptores nacti, vel ipſi ingenio vel uſu rerum magis excelluerunt: potiſſimum autem iis præſidiis fuerint inſtructi, ſine quibus nemo veri & ſolidi JurisConſulti nomen tueri aut menſuram explere poſſit. Ordo verò, qui in quolibet tractandi genere uſurpatur, ferè familiam ducere videtur: qui in hoc præſenti tractatu ſic ſatis commodus & conveniens fuit adhibitus. Cum enim nullus juris aut juſtitiæ actus, ne mente quidem concipi poſſit, abſquè interventu duarum minimùm perſonarum; apparet harum rationem potiſſimùm & ante omnia habendam eſſe interpreti juris. Eſt autem earum tanta multitudo & tanta ſimul varietas, ut propter eas lex ſæpius extendi, ſæpius reſtringi debeat & ſæpius planè locum habere non poſſit. Similem differentiam præbent res ipſæ, de quibus inter perſonas negotia ſolent intercedere. Si enim inter perſonas nullum negotium, nulla rerum communicatio, nulluſquè harum reſpectus intercedit; in aperto eſt nullum nequè juris aut juſtitiæ, nequè etiam injuriæ actum inter ipſas locum habere poſſe. Cum verò liberrimo Contrahentium & inter ſeſe Communicantium aut Paciſcentium tanquàm hominum liberorum arbitrio relictum ſit, ſeſe invicem ſibi obligare ſeu obſtrictos reddere, quâcunque ratione voluerint, modò licitâ fiat; modus non minus, quo mortales ſe invicem obſtrin-

obſtringunt, attendi debet, ad inducendam obligationis firmitatem; quàm vel perſonarum vel rerum qualitas paritèr & varietas. Vt adeò tria hæc, Perſona, Res & Modus cuilibet Interpreti juris potiſſimùm ante oculos verſari debeant; ex quibus, ſi rectè ſeſe habeat, obligatio firma & efficax ſponte ſuâ fluit. Ex qua conſtare poteſt, ad quid Contrahentes ſeu Paciſcentes ſibi invicem ſint obſtricti, & ſi id ſponte ſuâ præſtare nolint, quomodo ad id â Judice poſſint cogi; quod quidem nullo alio remedio, quàm actione inſtituta fieri poteſt: Cujus effectus aliis non eſt, quam ut quilibet Contrahentium ſeu Paciſcentium in nexu conſtitutorum ad id, quod ipſi incumbit præſtandum, dandum, aut faciendum, cogatur & mediante executione ab eo extorqueatur; & ſic, quandò hoc factum, â nexu diſcedatur & obligatio diſſolvatur. Quem ordinem utpote maximè naturalem & argumento juridico apprimè & unicè convenientem, CLARISSIMVS AVTOR eleganter & conſtanter obſervavit. Poſt quam enim primo capite verum ſenſum & propriam ſignificationem eorum, qui duo rei ſunt, & qvid ad hoc requiratur, ut reverâ duo rei ſimul fiant: ſivè ſtipulandi & credendi, ſivè promittendi & debendi, inqviſivit, quod utiquè ipſi ante omnia faciendum, fuit, & doctè quoquè præſtitit; ſtatim capite ſecundo ſeriem perſonarum, quarum cauſâ omne jus conſtitutum eſt, aggreditur, ſolidè oſtendens quænam ex illis duo rei fieri poſſint, aut non: Et num. ſervus ex

perſona ſui Domini, Monachus, Judæus cum Chriſtiano & vice verſa; num pupillus, infantiæ, pubertati proximus, minor abſqè vel cum Curatore, absquè vel cum renuntiatione jurata: aut ſi Mercator ſit; porrò an prodigus, furioſus dilucida intervalla habens vel non, mente captus, Ebrius, cœcus, mutus, ſurdus; num filius familias cum patre; num uxor cum marito vel extraneo, num mater cum filio ſuper debito mariti, accuratè inquirit, & non infeliciter controverſias, quæ circa illas, & motæ jam tum ſunt & moveri poſſunt, decidit. Quarto capite ſtatim ſubjungit Res ipſas, ſeu negotia & contractus, in quibus duo Rei conſtitui poſſint; quo ipſe refellit illorum errorem, qui ſibi perſvaſerunt duos Reos ſaltim inſtipulatione ſeu verborum obligatione fieri poſſe; & ſimul oſtendit, etiam duos Reos inſtipulationibus prætoriis & ædilitiis locum habere poſſe; neque hi arctis cancellis includi; ſed longè latius ſeſe extendere, & totum contractuum vel quaſi vel verorum, eorumquè vel realium, vel conſenſualium, vel literarum ambitum occupare, uti per ſingulos eundo, nempe mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, emptionem, venditionem, locationem, conductionem, emphyteuſin, mandatum, ſocietatem, tvm ſociorum ipſorum, tum ab illis plerumque dependentium, exercitorum, inſtitorum, fidejuſſorum & his ſimilium, negotiorum geſtionem, tutelam, & his affines accurate & ſolide demonſtrat, excluſis ſaltim iis, ex quibus crimi-

criminialiter agatur. Poſt capite tertio modum ſubjungit, quàm varie ſcilicet duo rei conſtitui queant; expreſſe, an tacite, an pure, an ſub conditione, & quidem vel poſſibili vel impoſſibili, num ratione diverſorum locorum aut ejusdem loci; an correi ipſi ſimul invicem fidejubeant, vel non; an dederint ſimul fidejuſſores pro ſe vel non; quod poſterius quidem capite quinto uberius proſequitur & totum huic diſquiſitioni impendit: ut differentiam inter correorum & fidejuſſorum obligationem oſtendat. Ex quibus tribus recte conſtitutis ſtatim non poteſt non reſultare obligatio, quâ & reis credendi rei debendi, & illi & hi inter ſeſe inter ſeſe invicem obſtringuntur. Quot verò id modis & quibus effectibus id fiat, aut fieri queat eleganter capite ſexto enucleat, & ſtatim eleganti & concinno ordine matri filiam adjungit. Hoc eſt. Obligationi actionem. Quandocunque enim conſtat, ad quid contrahentes ſeu paciſcentes ſint obligati; nolintque ſponte ſua id implere aut præſtare, ad quod ſe liberrima ſuâ voluntate obſtrinxerunt; per rerum naturam nihil aliud ſupereſſe poteſt, quam ut actione coram competenti judice inſtitutâ refractarii ad id cogantur. Quibus autem & adverſus quos & ad quid, ubi, quando, & quomodò detur hæc actio, eleganter in capite ſeptimo oſtendit: Cui capite octavo ſtatim exceptiones ſubnectit, quæ correis adverſus vel ſtipulandi vel credendi reos; vel his ſibi invicem competunt, quibus ſcilicet

cet

cet adverſus actiones inſtitutas ſe tueri queant. Hactenus qvomodo obligatio correorum contrahatur & ad effectum, actionibus inſtitutis perducatur, aut exceptionibus elidatur; nunc capite nono, quomodo ea diſſolvatur, rectè ſubjungit: Nihil enim tam naturale eſt, quam unumquodque eo modo diſſolvi, quo contractum eſt. Cum verò ſupra late oſtenderit, obligationem correorum non tantum ſtipulatione; verùm omnibus omninò contractibus, veris & quaſi, illiſque ſimilibus negotiis contrahi poſſe; non eſt mirum eam quoque pluribus modis, quàm acceptilatione iterum poſſe diſſolvi: Nempe ſolutione, oblatione, obſignatione & depoſitione judiciali, novatione, delegatione, confuſione obligationum præſcriptione, juramento, interitu rei abſque mora & culpa, & ſimilibus, uti in tractatu ipſo pluribus oſtenditur. Licet verò ab omni lite inter reos credendi & debendi ſit receſſum & obligatio, quæ inter ipſos interceſſit, prorſus ſit extincta; nihilominus inter ipſos reos credendi, & inter ipſos reos debendi res nondum poteſt eſſe expedita. Quid enim, ſi unus reorum credendi ſolus exegit, quod alteri reorum credendi ſimul debebatur; aut, quid ſi unus correorum debendi ſolus id ſolvit quod alteri correorum debendi ſimul ſolvendum incumbebat? annon prior ille, quod plus accepit, correo ſuo credendi reſtituere; & poſterior à ſuo correo debendi quod plus ſolvit, exigere poteſt? Tametſi plures id negaverint;

neque

neque accepti neque ſoluti reſtitutionem ſeu exactionem concedere voluerint; nihilominus tamen affirmantium ſententia multò æquior & benignior & propterea in praxi recepta eſt. Æterno enim illi juri, quod Naturæ Auctor homini inſevit advorſum eſt. cum alterius damno locupletari; quod utroque caſu fieret, ſi negantium ſententiæ eſſet ſtandum. Quod quidem CLARISSIMUS AUTOR laudabili conatu ſolidè evincit, & hoc epilogo opuſculum optimo ordine, quem genius & indoles noſtræ materiæ juridicæ & non alium expoſcit, concinnè diſpoſitum claudit. Tu verò, Benevole Lector, ſi ſoliditatem, perſpicuitatem, & brevitatem amas; libellum hunc, his dotibus nitentem, eo animo, qvo Clariſſimus Autor dedit, hoc eſt planè bono & de Te, dequè jure noſtro benè merendi cupido, ſuſcipe, eumquenon tantum illo, quo meretur, pretio æſtima, ſed ſi tibi commodum, ſimul bene & felicitèr utere, eoquè pro virili enitere, ut ſuum cuiquè, quod hic unicè intenditur, tribuatur: Vale perbenè. Scripſi in Academia Julia Menſe Novembri Anno CIƆ IƆC LXXXVII.

)c(LECTO-

LECTORI BENEVOLO
Salutem Officioſiſſimam.

DIſputationis meæ de Duobus Reis in alma Jenenſi ante hos triginta quinque quaſi años habitæ, jam *in proœmio tractatus n.* 14. mentionem feci, quæ ſanè huic primariam ac tantum non unicam præbuit cauſam. Fruſtra enim pro juvenili tunc captu, eò faciliorem illius elaborationem mihi pollicebar, quod ſinguli de hoc themate tam in Inſtitutis quàm Pandectis & Codice tituli exſtare, quibus in cumulum quaſi arridebat integra Novella *99.* in hoc perinde argumento occupata. Cæterum vix calamum ſtrinxeram, negotio aggrediendo intentus, cum ubique tàm ſpinoſa ac difficili controverſiarum multitudine, me circum ſeptum deprehendi, undę nuſquàm ferė tutus, at ubique impeditiſſimus ſe oſtendebat exitus. Et, jam in illo eram, ut conſilium incautė initum prorſus abjicerem, niſi Magnifici Dn. Præſidis (cujus memoriam poſt fata quoq; ſervo ſanctiſſimam) gravis admonitio, telam ſemel ceptam ut pertexerem urgentis labantem erexiſſet. Feci igitur tunc temporis quod potui; ita tamen, ut in reis debendi duntaxat ſubſiſterem, illorumq; eo quæ ſpectant vix primas ducerem lineas. Nec ulterius quid tunc exſpectari potuit â juvene in praxi Practicorumque lectione adhuc omninò hoſpite, ac id imprimis agente ut diſputandi Commilitonibus ex theſibus propoſitis non infæcunda ſuppeteret materia.

Qualiſcunq; tamen hic conatus (non diſſimulabo) perpetuum mihi excitavit, deſiderium ſtimulumque addidit, majori ſtudio

dio

dio & induſtria argumentum hoc perſcrutandi difficileſq; tàm in foro quàm Schola hic occurrentes quæſtiones conquirendi. Subnotavi ergò quæ quotidiana Optimorum Autorum Lectio ſuggerebat. Unum tamen ad rei conficiendæ ſummam deerat, quod Johan. Ronchegallum, qui ampliſſimis Commentariis titulum ff. de duobus Reis, ejuſq; ſingulas leges illuſtravit, nullibi nec pretio nec precibus impetrare potuerit. Sed poſtquam hunc Autorum Mœcenas aliquis ſummus ex inſtructiſſima Bibliotheca ſua libens roganti commodare conceſſit; avidè illum evolvi, quæque ad illuſtrandum hoc thema facerem, diligenter ſelegi. Sic tamèn ut prolixas valdè ipſius diſputationes in compendium mitterem, primariaq; tantum argumenta ſtrictim recenſerem, Variis Autorum opinionibus, in quibus recenſendis nimis operoſus eſt, conſulto præteritus. Laudavit equidem Magnif. Dn. Struvius ſimilis argumenti tractatum Nicol. Burgundi. *in Synt. Exerc. 47. theſ. 26.* Sed hic etſi ſubinde ſerio requiſitus, manus meas hactenus conſtanter fugit.

Natus ex qualicunq; hoc induſtria præſens tractatus, uſui tantum privato congeſtus & ſic dubio procul cum Ajace in ſpongiam incubiturus: niſi aliqui Viri inſignes, Amicique ejusmodi rerum cenſores non imperiti, quibus ejus inſpiciendi copiam feceram, ut in publicum ederem, ſerio monuiſſent, quibus obſequium denegare nec potui nec debui. Præſertim ubi innotuit non deciſe, quibus officio, quo jam quarto poſt trigeſimum anno, pro virili, Deo ſic Volente, fungor, ob ſubrepentem paulatim ſenectutem, par amplius eſſe non videar. Cum his ergo exemplo Sophoclis agendum duxi, de quo memoriæ prodidit *in Catone majore Tullius: Quod eum ob integram veſcentem ætatem á Filiis in judicium vocatus eſſet, ut quaſi deſipientem á re familiari removerent judices, tunc ſenem, quam in manibus habebat, & proxime ſcripſerat fabulam Oedipum Coloneum recitaſſe judicibus, quæſiſſeq;, num illud carmen deſipientis videretur, quo recitato ſententia judicum ſit abſolutus.* Placet proinde in negotio non multum abſimili, porrecto hoc tractatu ad benevoli Lectoris judicium provocare certa ſpe fretus, me hic quoq; iri abſolutum.

)(2 Pro-

Prodit autem ille nunc in lucem ſolo Lectoris benevoli favore ſuffultus. Nam quod de tenui ingenio meo ſibi polliceri queat, id oppido parum eſt, cum præter congeſtionis & digeſtionis qualemcunque operam nihil ferè mihi hic arrogem. Nec verò inde otioſi deſcriptoris B. Georgii Frantzkii (at quanti ICti?) ſententia ſatis tutus *in præfat. ad Lib.* 1. *Reſol.* ſeriò monentis, *ut qui in jure eruditionis fiduciam habent, eo deceat, certas ſibi materias ſeligere & accuratiori aliquato ſtudio reſolvere, etſi etiam de ſuo nihil novi adferant, ſed ea ſaltim, quæ hinc inde in Doctorum ſcriptis quaſi abſcondita lateant, judicio adhibito colligant & propoſito ſuo applicent.*

Et prima quidem in hoc opuſculo cura fidit, ne temerè quid inſpergerem, quod reorum thema proximè non attingeret. Aſſeverare tamen minimè ſuſtineo, quod omnia in univerſum, quæ in diſceptationem venire hic queunt, ſint adducta, ſed ea modò, quæ Autores hactenus â me inſpecti ſuppeditarunt. Quæ apud alios plura & diverſa latent, facile erit ubi ſub manus venerint, locis commodis inſerere & ſubdicere. Proiit non pauca ejusmodi mihi jam ſunt obſervata.

Methodo uſus ſum ICtis ut plurimum recepta, & quæ facile inſinuare queat, quid quoque ſub Capite ſit actum, & quæ ſub unoquoq; Controverſiæ reperiri poſſit. Sicut id etiam ſummę præmiſſæ ad oculum quaſi ſiſtunt indexque rerum & verborum annexus, neminem ignorare patitur.

In quæſtionibus controverſis id plurimum ita verſatus ſum, ut potiſſima de iis contendentium argumenta, viciſſim recenſerem, libero de iis ſentiendi arbitrio Lectori relicto. Aut ſi non nunquam exile judicium de hac vel illa interponerem (quod ſanè rariuſcule factum) nihil ex meo ingenio ſtatuo, ſed Autores quos ſecutus ſum, optima fide laudavi, ut ſaltim ea ratione, diſſentientibus omnis præriperetur occaſio mei forte ſuggillandi, aut mihi dicam ſcribendi, tot magni nominis anteſignanis non mediocriter ſuffulto, & ſub illorum umbone â temerariè inſultibus ſatis tuto, cum quibus profectò ante erit congrediendum. Vbique tamen ne ſic modeſtè geſſi ut nullum

ferè

ferè indiſſentientes duriuſculum excideret verbum, benevolum Lectorem, ut de meis eadem æquanimitate ſentiat etiam atque etiam rogans. Quod quidem de liberalibus humanioribusque ingeniis certè mihi perſuadeo. At malignis & inflatis Ariſtarchis, quibus

Nos Vappæ ſumus atq; Apollinares
Lixæ, muſica caſtra pervagantes

ut eleganter jacatur Joſ. Juſtus Scaliger *in carmine Joh. Boneſoni Poëmatibus præfixo* nihil hic dictum ſcriptumve. Rem ergò fecerint gratiſſimam, ſi ſingularis ſuæ Gravitatis memores oculos emiſſitios, & dentes Theoninos, â levidenſibus & innoxiis pagellis hiſce abſtineant tantiſper, dum ipſi aliquid exaſciatum magis & excultum in lucem dederint, me tunc non laudatorem modo quamvis imparem, ſed admiratorem quoque ingenii incomparabilis perpetuum habituri. Denique deprehendo, per abſentiam meam & typothetæ incuriam tot in opuſculum irrepſiſſe ſphalmata, quorum accurata recenſio & emendatio tàm mihi laborioſa, quàm Lectori tædioſa ſit futura. At optimè factum, quod pleraque ſic ſunt exſtantia, ut ſub nudum tantum intuitum facillime removeri poſſint. Quibus breviter monitis Lectorem honoratiſſimum ſalvere jubeo proſpere undequaque rem ut gerat ex animo apprecatus.

Scripſi Wernigerodæ ipſis Calendis
Decembribus anni devergentis
1687.

THEODORVS Mohr.

 Magni-

Magnifici quondam Viri

DN. IOHANNIS THOMÆ

Conſiliarii, poſt Cancellarii Altenburgenſis Præſidis tunc mei beatiſſimæ memoriæ

Epigramma Diſputationi de Duobus Reis ſubjectum.

CHARE, Scholæ quondam non ultima portio noſtræ
Vltima ſed noſtri gloria præſidii.
Migrandum eſt, turbor, vix eſt in pectore pectus
Dicam pauca: theſes ipſe tuere tuas.

Ad Nobiliſſimum Dominum Autorem.

POſcit Themiſta debitum, Camœnarum
Inſigne membrum, quô tuum caput quondam
Sic obligaſti: Credidit tibi gazas
Divæ Patronæ maximas Erechthéa
Clio; Benignam vir fidelis uſuram
Dixti daturum te; Sed hîc recuſâſſe
Videris aras ante publicas hujus
Locare Divæ, quod ſpoponderas dudum.
Hinc dictitavit te tui REUM voti
Dies, Minerva quô ſui gregis ſcripſit:
Quô doctus orbis te recepit electum
Mœſto Clienti Præſidem Columnamq́;.
Solvenda ſolves: Thure maſculo plenas
Ædes acerras; Publicum puto ſcriptum,
Tua quô feratur Fama non gravi pennâ
Liquidas per auras. Inferes: Theoninis
Tot ſcripta proſtant oſculis, adaugeſcet
Vix illa ſanus, id niſi urgeat forte
Quoddam neceſſe. Fridigum latet monſtrum

Viri-

Viridi ſub herba. Qui cavet canem, morſus:
Ictuſq; caudæ ſcorpium cavens vitat.
Fautor colende! Quô colore depinxit
Fabella Momum, quodq; Colchicum fauce
Sparſit venenum; Sic amictus incedit:
Sic & veneno turgidus die toto.
Qvid hanc Chimæram? Pur puriſſa præbentem
Sirena ceſſas vindicare contemtu?
Lætô cachinnô temperabis hanc curam.
Neptunus: Arma fabricans panomphæo
Jovi: Minerva deniq; ipſa ſenſerê
Iniqua Momi tela, Zoilus ſtrinxit
Livoris atrâ defluum ſtylum bile
Nunc in Platonem, nunc Patrem Poëtarum;
Senſitq; pœnas quilibet cruentuſq;
Ad antra ceſſit tartari tenebroſa.
Tu, qui clientum publicam geris curam,
Curas negabis Zoito, Themis doctæ
Chartæ dicavit Arbitros bonos; fraude
Malâ refertos judices relegandos
Putat ad Leones, tigrides truces, corvos.
Sed vela vertit; Debitum REUS ſolvit,
Vir eruditus, invidos tuos dentes
Nihil moratus, Mome, doctior longê
Tuiſq; major aſſeclis. In adſpectum
Prudentiorum prodeant jubet. Lector
Amice, præſens quos vides, REI BINI.
Melioris æris poſſident facultates,
Talenta docta. Qvid, Themiſta. ceſſares
Ambabus HOCCE debiti loco dextris.
Ambire? Solvent certiora ſpe, votô,
Qvid? cariora creditô. Soluturum
Juvit DUOBUS te REIS paratiſq;
Placare nummis, erudita qveîs Pallas
Superbit. Ora comprimes manu, Muſa,
Gemmis repletâ. Nil mali mihi, Scriptum
Præſagit; Oras ultimas petet terræ,
Eoq; ducet inclytum tuum nomen,
Facietque Fâma floreat ſuperſteſq;

Poſt

Poſt Fata vivat. Auguror nihil falſi.
Supremus omen hoc bonum ratum dicat!
Sic claudicanti gratulor ſtylo, promtâ
Sed mente. Mentem, Fautor, Autor, haut artem
Hic æſtimabis, nec favere ceſſabis

Amico tuo

M. Johanni Chriſtophoro
Rheteln. Sch: Wernigerod.
Rectori. p. t.

Digitized by Google

TRACTATIONIS
DE DUOBUS REIS PROEMIUM

SUMMÆ

1. *Jure gentium nuda pacta producunt obligationem ad agendum efficacem.*
2. *Ratio hujus & n. 3.*
4. *Quod etiam Germanis olim probatum.*
5. *Aliud obtinet Jur. Civ. quo pacta nuda actionem non pariunt.*
6. *Ratio ejus junct. n. 8. & 9.*
7. *Non tamen inde licet alium fallere.*
10. *Hinc nata ſtipulatio Jur. Civ. contractus & 11.*
12. *Stipulatio & aliis contractibus per ſe validis adhibita.*
13. *Præcipue contractibus innominatis.*
14. *Quin & in una ſtipulatione duo rei conſtitui poſſunt.*
15. *Diſtributio tractationis in decem capita.*

IUre naturali ſeu gentium ex nudis etiam pactis oriri obligationem naturalem ad actionem producendam efficacem manifeſtum eſt ex *l. 1. p. 2. ff. de pactis l. cum amplius* 84. *§. 1. ff. de R. J. l. bona fides* 31. *p. 2. ff. depos. l. in his* 5. *§. Imperator* 2. *ff. de ſolut. verb. quædam ex pact. naturaliter debebantur.* Ratio in promtu eſt. Nihil enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ inter paciſcentes placuerunt, ſervare. *d. L. 1. pr. ff. de pact. Et grave eſt fidem fallere l. 1. p. 2. ff. de conſtit. pec.* Ita ut pacta ejuſmodi ſerio ac deliberato animo inita, nec honeſtati adverſa, omnino ſint ſervanda. Et id

quidem

Digitized by Google

3. quidem ob interpoſitum paciſcentium conſenſum, qui omnino naturalis obligationis cauſa & origo. *d. l. 1. §. conventiones 3. ff. de pact. & d. l. 1. p 2. verb. conſtituta ex conſenſu facta ff. de conſt. pec. l. Stichum 95 §. naturalis 4. ff. de ſolut.* ac principiis agentium & juſtitiæ conveniens eſt, illud impleri quod ſeria intentione eſt promiſſum. *Hahn ad Weſemb. par. ff. de pact. n. 9. p. 364. edit med. vide late Weſemb. d. n. 9.* Frantzk. in comment ad S. r. n. 9. Magnif. Dn. Struve Præceptor quondam honoratiſſimus nunc illuſtris Regiminis Jenenſis præſes *in Synt. Jur*
4. *Exerc. 6. theſ.* 13. Cujus 4. juris gent. ſanctionis, ut antiqui noſtri Germani ubiq; fuerunt ſtudioſiſſimi, notante id Tacito *de mor. German. cap.* 24. ad quem locum elegantiſſimè annotat Philipp. Clüver. *Germann. Antiq.* à Joh. Bunone *contract. lib.* 1. *capite* 19. *pag.* 145. Quod ne hodie quidem fides apud Germanos in minori ſit pretio honore atq; religione, ita ut etiam apud exteras gentes, non modo imperitum Vulgus, ſed magnos viros rerumq; peritiſſimos, ſæpe audiverit prædicantes; fidem ſi toto orbe pelleretur in Germania apud viros pariter & fœminas exilium tutum inventuram: Ita modernos contrarii moris ergo graviter increpat. Brunnemann. *ad d. l. 1. ff. de pact. n.* 2. Ubi legem illam in praxi jam diu ſepultam queritur.

5. At diverſum quid ab hoc jure gent. ſtatuit Juris prudentia Romana, pactis nudis effectum actionis producendæ omnino denegando *l. juris gentium 7. §. ſed cum 4. l. intra 41. l. diviſionis 45. ff. de pact. l. legem 10. l. in bon. fidei 13. l. cum proponas 21 L. Si certis 28. C. eod. l. pater 7. C. de pact. convent. l. ſolent*
6. *15. ff. de praſcr. verb. l. explacito 3. C. de rer. perm.* Ratio ejus à plerisq; interpretibus adſignatur, ne quis promiſcue ex quadam incogitantia, & temere prolatis verbis obligetur, ne nimium conſtringatur libertas oris, & ſæpe imprudentiâ in laqueos incidant, ſi ex quovis dicto temere fortaſſis prolato, homines obligentur, & ſic omnis occaſio litium præſcindatur, quæ

quæ cæteroquin indies creſcerent & judicia onerarent. Weſemb. *d. l. n.* 9. Duaren. *in L.* 1. *pr. ff. de pact.* Donell. *in l.* 10. *C. de pact. n.* 21. Rittershuſ. *de differ. Jur. civ. & can. libr.* 3. *cap.* 1. *in pr.* Sutholt *diſſert.* 12. *aph.* 51. Beſold *in delibat. jur. ad Libr.* 2. П. *quæſt.* 15. *p.* 226. Non 4 tamen inde inferendum, quod 7.
jure Civili liceat alterum fallere; quandoquidem per illud jus gentium in hoc articulo prorſus ſublatum minime eſt, ſed tantum ei non aſſiſtendo paulisper inde receditur, actionem duntaxat denegando, exceptionem nihilominus illis reſervando. *d. l.* 7. §. 4. *ff. h. t.* Etſi enim juris naturæ præceptum 8.
eſt, quicquid firmiter promiſiſti, ſerves: modus tamen firme promittendi non ex ipſis principiis juris naturæ ſimpliciter dependet, ſed quodam modo hominum arbitrariæ determinationi ſubjacet, ceu eleganter more ſuo diſſerit Juriſconſultiſſimus Dn. Struvius *Exerc.* 6. *theſ.* 7. Præſertim cum ratio juris civilis in eo conſiſtat, quod neq; in totum à jure na- 9.
turali vel gentium recedat, neq; per omnia ei ſerviat. *l. jus Civile* 6. *ff. d.* 1. *&* 1.

Ex eo 1. autem quod jus civile pacta nuda ad agendum 10.
inepta eſſe pronuntiavit factum ut neceſſarium induceretur remedium, quo ejusmodi pacta nuda & promiſſiones firmarentur, ſolennis nempe aliqua verborum conceptio, tanquam animi deliberati nota, quæ verborum obligatio vel ſtipulatio dicitur. *L. Si tibi.* 27. *C. de Locat. Conduct. l.* 1. *C. de Uſur.* Cum 11.
igitur forma ſtipulationis in ſolenni hac verborum conceptione & congrua ad eam reſponſione conſiſtat, dubium non eſt, illam non juri gentium ſed civili eſſe adſcribendam *arg. l. ex hoc jure* 5. *ff. de* 1. *&* 1. *& L.* 1. *ff. Locati.* Ubi locatio juri gentium inde adſcribitur, *quod conſenſu contrahitur & non verbis.* Unde per argumentum à contrario ſenſu, quod in jure fortiſſimum & frequentiſſimum eſt. Vid. Everhard. à Mittelburg *in loc. arg. legal. loc.* 82 per tot. valide infertur, Ergo contractus, qui verbis contrahitur, juris gentium non eſt, ſed civilis.

Digitized by Google

Add. Herman. Vultei: 1. pr. Rom. libr. 1. cap. 39. late Goddæus de *contrah & comm. ſtip. cap. 2. Concl. 1. n. 1. & ſeq. per tot.* Weſemb. *par. ff. d. Verb. Obl. n.* 10. *ibiq.* Hahn. *in Obſ.* Magnif. Dn. Struvius *Exerc.* 47. *theſi* 3. Sutholt *differt.* 14. *aph.* 3. *&* 4. Ungepaur. *Exerc.* 11. *quæſt.* 1. *in ajo.*

Quinimo in fulciendis & ſtabiliendis nudis pactis ſtipula-
12. tio hæc non ſubſtitit, ſed in reliquis quoq; contractibus, per ſe ad obligandum ſatis idoneis, ad majus conciliandum iis ſtabilimentum eſt adhibita, ita ut omnes ferme contractus in ſtipulationem deducerentur. *L.* 3. *§.* 1. *ff. de Act. empt. L. quidquid.* 99. *de V. O. L. Si ſtipulatus* 4. *§.* 1. *ff. de Uſur. Hahn. in Obſ. ad Weſemb. d. V. O. n.* 1. *Verſ. materia varia p: mihi* 870. *Goddæus de contrah. & committ. ſtip. cap.* 5. *Concl.* 11. *n.* 161. Præcipue ve-
13. ro in contractibus innominatis, id operatur addita ſtipulatio, ut omnem excludat pœnitentiam. *L. cum precibus* 4. *l. emtionem* 7. *C. de rer. permut. l. dedi* 3. *L. ſi pecuniam* 5. *in pr. &* §. 1. *ff. de condict: cauſ. dat cauſa non ſecut* Hahn *d. L. D. Struve d. C. theſ.* 4.

Porro in una eademq; ſtipulatione vel alio contractu duo
14. rei conſtitui poſſunt, ceu id patet ex titulis. Dig. Cod. & Inſt. de duobus reis. Quod utilitas Creditorum peperit id agentium inprimis, ut in eo quod ſibi debetur tutius & melius cautum ſit multoq; certius ad ſuum perveniat. Qvia, ſive unus ex ſtipulatoribus abſit, vel ei non liceat rem perſequi, eſt alter qui perſequatur: ſive unus eſt creditor tantum, & is uno promiſſore non contentus, alterum debendi reum adjungendum curat, hoc modo id conſequitur, ut pro uno duos habeat debitores, quorum ab uno, ſi quid facile conſequi non poſſit, vel propter ejus inopiam vel propter potentiam; vel propter ingenium contentionum amans, id ab altero poſſit obtinere *Donell. cap.* 1. *C. de duob. reis. n.* 1. *Goddæus de Contrah. & commit. Stip. c.* 5. *concl.* 10. *n.* 113. *Weſemb. par. ff. de duobus reis n.* 6. Hoc de duobus reis thema cum in foro & praxi non minus

fre-

frequens ſit, teſte Sichard: *ad Rubr. C. de duobus reis*, quam varietate controverſiarum ubiq; emergentium ſatis impeditum: egoq; in diſputatione hoc de argumento, ante hos triginta duos & quod excurrit annos, in illuſtri Salana, ſub ultimo præſidio Magnif: Dn. Joannis Thomæ Profeſſoris ibidem celeberrimi tunc ad conſilia illuſtris aulæ Altenburgicæ evocati, poſtea ejusdem Cancellarii eminentiſſimi habita, vix primas illius duxerim lineas, placuit eam horis ſubſecivis ſub incudem revocare, pauloq; diligentius prolixiusq; eidem immorari: ſpe certa fretus, quosvis bonos, conatum hunc probaturos, nec (ſi à vero forſan, ob ingenii imbecillitatem quandoq; aberravero,) id vitio daturos, ſed propter ingenii imbecillitatem benigne potius condonaturos, emendaturosq;.

Decem vero capitibus tractationem omnem abſolvere 15.
conſtitutum eſt, quorum *primum* exhibebit nomen & definitionem duorum reorum. *Secundum* ediſſeret, qui rei conſtitui poſſint vel minus. *Tertium* elucidabit, quomodo rei conſtituantur. *Quartum* oſtendet in quibus contractibus de negotiis duo rei fiant. *Quintum* correos ſimul invicem fide jubentes ſiſtet. *Sextum* effectus obligationis correalis evolvet. *Septimum* exponet, quomodo Correi convenire vel conveniri poſſint & debeant. *Octavum* beneficia correis competentia proponet. *Nonum* declarabit modos, quibus obligatio correalis ſolvitur, *Decimum* deniq; aget de communicatione ejus quod unus correus credendi ſolus exegit, & repetitione ejus, quod debendi correus pro altero correo ſolvit. DEUS ter-optimus Maximus propoſito huic faveat & optatum ut ſortiatur exitum clementiſſime largiatur!

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM
DE
NOMINE ET DEFINITIONE DUORUM REORUM.
SUMMÆ.

1. *Rei à re dicuntur*
2. *Res quid hic ſignificet,*
3. *Latior reorum ſignificatio & n. 4*
5. *Strictior reorum acceptio.*
6. *Rei non dicuntur à reatu & n. 7.*
8. *Rei ſtipulandi & promittendi proprie ad verborum obligationem, credendi & debendi ad reliquos contractus pertinent.*
9. *Reorum appellatio non ſemper intra binarium numerum ſubſiſtit.*
10. *Quod aliis etiam declaretur exemplis* 11. *&* 12.
13. *Reorum Synonima.*
14. *Tranſitus ad definitionem realem.*
15. *Deſcriptio Modeſtini*
16. *Rei ſtipulandi vel promittendi quinam?*
17. *Rei promittendi vel debendi qui?*
18. *Requiſita duorum reorum ſtipulandi.*
19. *Requiſita reorum promittendi.*

1. VOcabulum Reus à re deſcendere ad ravim usq; ab interpre-
tibus ingeminatum. Primitiva autem vox Rei, inter cæ-
2. teros ſignificatus etiam pro litibus controverſiis cauſisq; quæ diſceptantur in foro, à bonis autoribus uſurpatur, unde etiam judicia in foro Saxon: **Ding** & **Ding/Banck**, i. e. **Gerichts-Banck** & judices **die Ding/Leute** appellari notat Beſold. *in Theſ. pract. in verbo* **Ding/Dingen**. Lauterbach *ad tit. ff. de duob. reis in pr.* Dicuntur porro agi res cum exercentur judicia, unde rerum actus apud Sveton: & Plinium juniorem *libr. 9. Epiſt.* 25. pro diebus faſtis vel juridicis ponuntur. Hâc reorum

reorum appellatione, non tantum à quibus petebatur, ſed qui 3
petebant etiam comprehenſos fuiſſe, ex Ciceronis *lib. 2. de O-*
ratore manifeſtum eſt. *Reos* inquit ille, *appello, non eos modo, qui*
arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptabatur. Cui accedit Gal-
lus Ælius apud Feſtum hiſce verbis: *Reus eſt qui cum altero li-*
tem conteſtatam habet, ſive is egit, ſive cum eo actum eſt. Vid.
Ummius *ad proceſſum diſp.* 1. *theſ.* 5. *n.* 33. Unde apparet reos
antiquis eosdem fuiſſe, qui nunc litigatores appellantur. U- 4.
trumq; porro ex contrahentibus reum appellari. *ex l. ſtipula-*
tionum 5. *pr. verſ.* Ubi ICtus Pomponius *Conventionales ſtipula-*
tionis eſſe dicit, quæ ex conventione reorum fiunt. Quod Imp. Juſt.
1. *de diviſ. ſtip.* §. *Conventionales* 3. ita explicat, *quæ ex conven-*
tione utrimq; partis concipiuntur, hoc eſt conventione contrahentium,
quorum quoq; mentio fit, *in L. obligationum* 3. §. *fin. ff.* de Obli
& Act: L. in Conventionalibus 52. *ff. d. V.* O. *gl. ad d. L. lit. C. Ba-*
chov. ad §. Conventionales 1. *de diviſ. ſtip. conf.* Ronchegall. *in* 5.
rubr. de duobus reis n. 43. Quæ 4 cum ita ſint, nihil agunt, nec
aſſenſum merentur, qui reos à reatu dictos exiſtimant, voca-
bulo Auguſti demum ætate invento, ut teſtis eſt Quintilianus
Inſt. Orat. lib. 8. *cap.* 3. quo nihil aliud, quam habitus atq; con-
ditio reorum deſignabatur. Qua ſtante vocabuli ſignificatio- 6.
ne, derivatio hæc ſatis inſulſa eſt, videriq; queunt ita ſentien-
tes, altera vocabuli reatus acceptione moti, qua ipſas culpas &
crimina, quibus rei ſumus apud Deum deſignat: Vid. Faber.
in theſaur. ſub voce reatus, idemq; Calvin. in Lexico Jur. verb. rea-
tus Ronchegall. *d. l. n.* 40. Quidquid autem ſit, aliena à reis
noſtris omnino eſt, hæc male quæſita ſcaturigo, etiam reatu
in poſteriore ſignificatu accepto, cum crimina vel delicta, ad
hanc reorum materiam, ut ſuo loco dicetur, non pertineant.
Receptum poſtea, ut quæ diſtinctæ eſſent perſonæ diſtinctis 7.
non minus noſcerentur vocabulis, voce hac abſolute poſita,
vel eum, qui conveniretur (quem veteres unde petitur voca-
bant) Cicero *libr. 1. de Oratore & libr. 7. Epiſt. ad Trebatium*
tan-

tantùm deſignare: Vel ſi priſtina uſurpatio alluceſceret ſaltem additis v. g. Credendi debendi *L. ſi duo rei 34. ff. de recept. arb.* ſtipulandi promittendi *2. Rubr. & §. 1. I. de duobus reis l. 1. ff. eod.* & compluribus id genus adjectionibus, ſenſum ejus la-
8. tiorem reſtringere. Obiter hic notandum venit adjectiones ſtipulandi & promittendi proprie ad verborum Obligationem pertinere. *§. 16. I. de inutili ſtip.* Weſemb. *par. ff. h. t. n.* 3. & ad illam reſtringi: credendi & debendi actionem vero ad reliquos contractus ſpectare. Mejer *in coll. Arg. ad hunc tit. theſ. 4. in fin.* add. Ronchegall. *ad rubr. h. t. n.* 76. & ſequentibus. Hinc nata ICtis illorumq; exemplo nobis, præſentis Tractationis inſcriptio. Exiſtimandum tamen non eſt, quod cum du-
9. orum reorum mentio fit, eos ſemper intra hunc numerum conſiſtere, nec ut eandem egrediantur par eſſe, quandoquidem id fit more ICtis noſtris ſatis uſitato, numerum definitum pro indefinito ponentibus: ceu id ſatis colligitur *ex pr. I. h. t.* Ubi Imp. Juſtin. duobus reis plures ſtatim ſubjicit facit huc *L. veluti 7. §. 1. de edend. gl. ad rubr. ff. h. t. Azo. in Summa C. h. t. pr.* Mantic. *de tacitis & amb. convent. l. 15. tit.* 1. *n.* 8. *in fin.*
10. Nec aliis in jure exemplis hoc caret, cum ſecundæ nuptiæ, ut ſatis notum & tertias & quartas *L. hac Edictali 6. C. de ſecund. nupt.* Imo ſi ita eveniat, ut evenire poteſt. *Can: apperiant:* 11. *cauſ.* 31. *quaſt.* 1. Et exempla in promptu ſunt, etiam ſeptimi contracti Matrimonii, ulteriores etiam ſub ſe compre-
11. hendant. Simile quid obtinet in teſtamenti factione paſſiva, quâ de agit. Imp. *§. in Extraneis 4. I. de hæred. qual: & differ: ex l. ſi alienum 49. §. 1. de hæred inſtit. deſcripto.* Ubi quidem primo duorum temporum in hærede inſpiciendorum fit mentio, nihilominus tamen utrobiq; tria tempora ſubjiciuntur, quamvis aliter id explicet Bachov. *ad d. §. 1. n. 1. & 2.* de quo utpote huc non pertinente etiam curioſo mihi eſſe non lu-
12. bet. Eodem modo ſubſtitutus. Vid. Dn. werner. Theod.

Marti-

Digitized by Google

Martini Profeſſor Witteberg: apud Dn. Richter *in Velit. Acad:* *33. ſect: 2. aſſert. 1. p: 6.* 13 Ronchegall: ad rubr. h .t. n. 88. & *ſeqq.*

Alias etiam rei promittendi dicuntur conſponſi & conſponſores Cicero *ad Attic: lib. 5. & ad Famil: lib. 6. Epiſtol.* 18. weſemb: *par. ff. h. t. n.* 2. Hering: *de Fidejuſſor. cap. 4. n.* 65. Item cum alio debitores *l.* 3. §. 3. *de lib. legat:* plures Stipulatores Cujac ad *L. 9. ff. de pactis.* Rei ſatis dandi & accipiendi *L. 34. §. 8 ff. de ſolut:* Socii ejuſdem obligationis *L. 9. in fini pr: ff. h. t. l. 3. §. 3. & 4. ff. d. lib: Leg:* 13.

Expoſitio ſic breviter reorum nomine vel appellatione, nunc in definitionem realem merito inquirendum. At id populariter tantum, quandoquidem ſatis tritum, definitiones accuratas ex genere & differentia ſpecifica conſtantes in jure vix dari poſſe. Breviſſime autem Modeſtinus in l. 1. ff. de duob. reis illos deſcribit, qui ſtipulantur rei ſtipulandi dicuntur, qui promittunt rei promittendi habentur, ſingulari ſcilicet numero in pluralem mutato. Ad quem textum rectiſſime monet Ronchegall: *in comment: n.* 3. quod melius unumquodq; verbum tam ſtipulandi, quàm promittendi intelligatur, de plena & integra ſtipulatione, quatenus eſt juris verbum, & accipitur pro interrogatione, cui ſit ſubjuncta reſponſio hoc pacto qui ſtipulatur i. e. ad cujus interrogationem facta eſt reſponſio ſeu promiſſio, & qui promittit, ad alterius ſtipulantis ſcilicet interrogationem. Ex quâ acceptione porro infert Ronchegall: quod cùm promittendi vocabulum in lata acceptione ad omnes extra ſtipulationem contractus quoque pertineat, hæc Modeſtini deſcriptio, etiam ad omnes indiſtincte debendi reos referatur. Curram tamen hanc ICti Modeſtini deſcriptionem, aliis Doctoribus paulo latius deducere viſum eſt, illisq; Duo rei ſtipulandi ſunt & dicuntur duæ pluresve perſonæ, quæ eandem rem ab eodem in ſolidum ſtipulati ſunt, eâ mente, ut quamvis ſolidum ſingulis una tamen omni-

14. 15. 16.

 bus

17. bus debeatur. Donell: *C. de duob: reis cap.* 3. Gödd: *de contrah. & committ: ſtip: cap*: 5. *Concl*: 10. *n.* 118. Duo rei promittendi vero duæ pluresve perſonæ, quæ ſingulæ eandem rem eidem ſtipulanti in ſolidum promittunt, ea mente, ut quamvis ſolidum ſinguli, unam tamen omnes debeant. Donell: *d. l. cap.* 4. Gödd: *ibid. n.* 126. Jo: Jac: **Schütze** *in compend: Jur.* **Lauterbach** *ff. h. t. in pr.*

18. Ut ergo duo rei ſtipulandi conſtituantur quatuor conjunctim concurrant neceſſe eſt. *Primò* ut omnes ſtipulentur eandem rem. *Secundò* ab eodem. *Tertiò* ut ſolidum ſinguli. *Quartò* deniq; ita ſolidum ut una tamen eademq; res verſetur in utriusq; obligatione adquiſita. *L. cum duo*: 2. *l. Si id*: *ii. ff*: *de duob. reis conſt*: §. 1. *l. eod*: *vid*: *late* Donell. *d. cap.* 3.

19. *n.* 2. *& ſequent.* Godd. *d. cap.* 5. *n.* 119. Contraria vero in reis promittendi requiruntur. *Primo*, ut eandem rem promittant omnes. *Secundo* ut uni eidemq; promittant. *Tertio* ut ſolidum ſinguli. *Quarto* ita ſolidum, ut tamen una eademq; res, verſetur in utriusq; obligatione, atq; ita quoad rem una eademq; ſit obligatio. Donell: *de duob: reis cap*; 4. *n.* 2. *& ſequent*: Goddæus *d. l. n.* 126. *conf*: Hahn. *in Obſ*: ad Weſemb. *de duob: reis n.* 5. *verb. Porro rei ſtipulandi p*: 833. *edit med.* Quæ requiſita in ſubſequentibus prolixius explicabuntur.

CAPUT SECUNDUM
QUINAM VALIDE REI CONSTITUI POSSINT VEL NON.

SUMMÆ.

1. *Qui obligari nequeant, nec rei fieri poſſunt & n.* 2.
3. *Si cognitum qui rei fieri nequeant; facile patebit qui poſſint.*
4. *Servus an reus fieri poſſit? & n.* 5.
6. *Quatenus ex perſonâ Domini ſtipulari vel promittere poſſit.*
7. *Servitus à multis ſeculis in uſu non eſt.*

8. An

8. An Monachus reus conſtitui poſſit & n. 9.

10. Quid de Judæis ſentiendum?

11. Chriſtianus ut Judæo obligetur, quid obſervandum?

12. An pupillus reus conſtitui poſſit?

13. Infantiæ proximus alium quidem ſibi civiliter, ſe autem ne naturaliter quidem obligat.

14. Pubertati proximus, ſibi alium obligat civiliter, ſed ſe naturaliter duntaxat.

15. Quando aliquis incipiat eſſe pubertati proximus & ſeq:

19. Regula n. 14. propoſita, dupliciter limitatur.

20. Minores an rei fieri poſſint?

21. An minores hodie usq; ad 25. annum inviti curatores accipere teneantur? & 2. ſequent:

24. Minores læſi beneficio reſtitutionis in integrum gaudent.

25. Quæ tamen per renunciationem juratam evitatur.

26. An ad eandem certioratione prævia opus?

27. Effectus hujus juratæ renuntiationis.

28. An Auth: Sacramenta puberum etiam hodie obtineat?

29. Quando jurata renuntiatio minori non noceat.

30. Minor curatorem habens, an abſq; illo obligetur propter ll: diverſimode loquentes controverſum eſt.

31. Variæ conciliationes l. 101. ff. de V. O. cum l. 3. C. d. in integrum reſtit: & multis ſeqq:

40. Curatoris conſenſu in obligatione minoris non eſt opus, ſi factus ſit locupletior.

41. Si exercuerit mercaturam & 42.

43. Favore mercaturæ in emporiis quibusdam minorennitas cum 18. anno finitur.

44. Etſi minorennitas 18. anno exſpiret reſtitutioni tamen locus eſt usq; ad finitum annum vigeſimum quartum 44. & 45.

46. An minor poſſit eſſe mercator in dubium vocat Scaccias.

47. Sed illi reſpondetur & ſeqq: ubi nonnulla de decreto Magiſtratus in alienatione prædiorum minoris annotantur n. 48. & ſeqq:

Digitized by Google

52. *An prodigus poſſit fieri reus?*

53. *Quis ſit prodigus?* 53. & 54.

55. *Ut aliquis ſit prodigus interdictio bonorum omnino requiritur* & 56.

57. *Quam pracedere debet cauſa cognitio ejusq; requiſita* & *ſeqq.*

60. *Annon prodigo ipſo jure bonis ſit interdictum?* & *ſeqq:*

64. *Prodigus quidem reus ſtipulandi fieri poteſt, ſed non promittendi* & *ſeqq:*

67. *Niſi ipſi ſit conſtitutus curator* & 68.

69. *Si prodigus cum interdictum ignorante contraxerit, an obligetur?* & *ſeqq:*

71. *Prodigus ſanos mores recipiens talis eſſe deſinit.*

72. *An hoc denuo judicis decretum requirat?*

73. *Contractus durante prodigalitate initi, ea deſinente non reconvaleſcunt.*

74. *Furioſi an rei fieri non poſſint?* & *ſeqq:*

76. *Si habeant dilucida intervalla obligari poſſint* & 77.

78. *Contractus ante ſupervenientem furorem celebrati omnino ſubſiſtunt.*

79. *Nec mente captus reus fieri poteſt.*

80. *An ebrius?* & 2. *ſeqq:*

83. *Ebrietas, quomodo probetur?*

84. *Cœcus reus fieri poteſt.*

86. *An mutus* & *ſurdus?* & 2. *ſeqq.*

88. *An pater* & *filius?* & 89.

90. *Mulier correa credendi fieri poteſt.*

92. *Mulier cum marito rea debendi fieri nequit* & *ſeqq: junct: n.* 102.

94. *Quod ampliatur etiamſi mulier multoties ſe cum marito obligaverit* & 95.

96. *Etſi debitum ſit publicum aut fiſcale.*

97. *Mulier huic juri niſi jurato renuntiare nequit* & *ſeqq:*

100. *An pracise hic juramentum requiratur, aut an ſufficiat promiſſio* bey Fürſtlichen/ Gräfflichen/ Adelichen Ehren. & 101.

103. *Muli-*

103 *Mulier cum marito ſit correa, ſi pecunia in propriam utilitatem verſa probetur.*
104. *Manifeſta hic & liquida exiguntur probationes.*
105. *Item tenetur ſi ſtatuto vel conſuetudine ita ſit introductum.*
106. *Perinde eſt, ſi cum marito communem exercet negotiationem.*
107. *Limitatur hæc concluſio.*
108. *Quomodo probetur communis hæc negotiatio & ſeqq.*
113. *Si probatum eſt, Mulier SC. Vellejano non juvatur.*
114. *Tenetur mulier ſi communio bonorum inter conjuges ſit innita.*
115. *An uxor cum filio ſuper debito mariti ſe ream conſtituere poſſit?*
116. *An & quatenus mulier cum extraneo correa debendi conſtitui poſſit? & 2. ſeqq.*
119. *Duo rei non ſunt, ſi alter ex illis obligari nequit.*
120. *An abſens reus fieri poſſit? & 2. in ſeqq.*

UT Obligatio reorum ſubſiſtat, jurisq; effectum ſortiatur, 1
cumprimis neceſſarium eſt, cauſa efficiens proxima rectè ſe habeat i. e. perſonas contrahentes ita eſſe comparatas, ut obligandi ſe poteſtate non careant, aut deſtituantur. Qui enim omninò obligari nequeunt, quomodo duo rei valide conſtitui poſſint? Remoto ſiquidem genere, ſpecies omnino remota eſſe cenſetur: Nic. Everhard: à Middelburg: *in Topicis loco 6. n. 1. &* 2.
2. Dan. Otto *in dialect: jur. libr.* 1. *cap.* 22. *reg:* 2. *p.* 105. Nec enim exiſtimandum leges in fraudem ſui conceſſuras eſſe, ut quos ſeparatim obligari non permittunt, ſi id cum, & inter alios fiat, obligentur. Si ergo inquiratur qui rei conſtitui nequeant, facilis inde erit collectio, qui conſtitui poſſint. *arg: pr. J. de his, qui ſunt ſui vel alieni jur. & pr: J. de Tutel:* Siſtemus ergo paucis eos, qui obligari aut duo rei conſtitui nequeunt. 3.

terdictio, de quo in quæſtionem venit, an illud ita prorſus
neceſſarium ſit, & numquid non potius lege & ipſo jure bo-
nis prodigo ſit interdictum, nullo etiam Magiſtratus decre-
to exſpectato. Ultima hæc aſſertio placet Accurſ. Fulgoſ.
Petr. de Bella Pertica aliiſque recenſitis Göddæo *cap.* 7. *n.* 134.
& ſeqq. quos etiam ſequitur Andr. Fachin. *Controv. libr.* 2.
cap. 64. At Contraria ſententia, quod utique magiſtra-
tus decretum ſit, neceſſarium longe frequentiori calculo
comprobata eſt. Goddæus *d. l. n.* 141. *& ſeqq.* Treutler. *vol.* 1.

Diſſ.

Digitized by Google

Diſp. 20. *theſ.* 9. *lit. B. ibique* Bacchov. *& diſp.* 6. *theſ.* 5. *Lit. D.* Cui etiam tutius videtur ſubſcribi poſſe. Ut cunque enim Lex ſtatuat, judicis tamen applicatione & declaratione quoad individua opus eſt, *L. Julianus* 10. *ff. de cur. fur. l.* 6. *ff. d. V. Obl. §. item Prodigus* 2. *J. quib. non eſt, permiſ. fac. teſt.* Quæ 62 quidem quæſtio accuratius expendi meretur propterea. Nam ſi dicamus ipſo jure abſque Magiſtratus decreto bonis prodigo interdictum eſſe, ex ipſis diſſolutis moribus nullas vires haberet, quidquid ab ipſo temporis momento, quo diſſolutè agere & ſua inutiliter prodigere ceperit, contraxit aut geſſit, ut rectiſſimè animadvertit Goddæus *d. c,* 7. *n.* 134. At expediti juris eſt, illud omne, quod Prodigus ante in 63 interdictionem fecit ratum eſſe. Sic teſtamentum ante illam conditum valet. *§. item Prodigus* 2 *J. qui teſt. fac. non poſſ. l. is cui* 18. *pr. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Et quod ante interdictionem contrahere potuerit poſtea declaratus prodigus per argumentum à contrario ſenſu elici poteſt *ex L.* 10. *ff. de jurjur.* adeo ut nec contra ejusmodi geſtum, reſtitutioni in integrum locus ſit ceu ex Jaſ. Sfort. Oddo & Bacchovio docet Dn. Thomæ p. m. *diſp. de prodigo art.* 12.

In ejusmodi ergo Prodigo talis eſt conſtituenda Regula, quod ſtipulando ſibi quidem ad inſtar pupilli adquirere 64 poſſit, promittendo vero non obligetur *juxta L. is cui* 6. *ff. d. V. O. L. furioſi* 40. *ff. d. R. J.* ibique Decius *n.* 5. *L. mutum* 5. *§.* 1. *ff. de acquir. hæred. L. pupillus* 11. *ff. de acquir. rer. Dom. l. cert. conditio* 9. *§. Sed ei ſi* 7. *ff. de reb. cred. l. cui bonis* 3. *ff. de novat:* Goddæus *d. cap.* 7. *n.* 121. *& ſeqq.* Si quidem rem ſuam meliorem faciendo non abutitur nec depravatæ utitur mentis judicio. Meliorem autem facit conditionem ſuam, cum ex omni parte augetur patrimonium, ſive cum actus eſt mere lucra- 65 tivus, & nulla prorſus ſubeſt imminutio, nec enim hic locum habet damnorum cum lucris compenſatio, hinc enim

 contra-

contractus, ſi ſint ultro citroque obligatorii claudicabunt ex
parte prodigi *pr. J. de auct. tutor. in fin. l. Julianus* 13. § *ſi quis* 29.
66 *ff. d. act. empt.* Quod verò promittendo aliis obligari nequeunt, ex voluntatis defectu & animi vitio provenit, quod neque tempus neque finem exſpenſarum habeat, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando furioſum faciant exitum, *L. 1. pr ff. de Curat. fur. junct. L. his qui* 12. §. *ult. in fin. ff. de tut. & Cur. dat. ab his* Zoëſ *ad π. de Cur. fur.* Dn. Hahn. ad Weſemb. *par. ff. de*
67 *pact. n. 5. v. 5 prodigi p.* 388. Dn. Struve. *Exerc.* 6 *theſ.* 38. Cum verò perdationem Curatoris prodigi perſona ita redintegretur, ut ejus Conſenſu juramentum deferre *L. jusjurandum* 17. §. *Si tutor.* 2. *ff. de jurjur.* Et quosvis contractus inire, emere, vendere, locare, conducere queat Thomæ *d. diſp. art.* 17. *n.* 15. Inde conſequens eſt, quod etiam Curatoris conſenſu accedente, reus debendi vel promittendi poſſit conſtitui, abſque
68 eo autem nequaquam, Carpz. *p. 2. conſt.* 15. *d.* 37. *n.* 6. & 7. Unde Scabini Lipſienſes meritò pronuntiarunt Menſ. Martio Anno 1585. Habt ihr NN. derowegen / daß Er für und für in Bier- und Weinhäuſern gelegen / ſeine Güther verſchwendet und umbracht / ſeine nähesten Freunde zu Curatoren verordnet / und auff vorgehende fleiſſige inquiſition ſeiner Güther adminiſtration gebührlich interdiciret. Deſſen aber ungeachtet / hat ein Einwohner zu N. welcher eurem Bericht nach ſolches wohl gewuſt / ſieder des / alß ihme die adminiſtration ſeiner Güther benommen worden / und ihme ohn vorwiſſen ſeines Curatoris contrahiret und ihme etliche begehrte Aecker abgekaufft. So iſt ſolcher Contract in Rechten nicht beſtändig / und demnach ſolches NN. Weibe und Kindern / ſolche Aecker von dem Käuffern / ſonderlich / dieweil ſie ihm das Kauffgeld zuerſtatten erbötig / zu vindiciren unbenommen. Ex quibus verbis finalibus facilè infertur, quod ſtricto jure refuſione pretii in hoc contractu ipſo jure nullo opus non fuerit.

Quæ

Digitized by Google

Quæri hic etiam poteſt, ſi prodigus cum ignorante hoc 69 interdictum contraxerit, an obligetur? Negat id Anton. Faber. *Iprad. Paſim. pr. 3. illad.* 8. Sed Andr. Fachin. *controv. lib. 2. cap.* 69. & Carpzov. *part. 2. conſtit. 15. def. 37. in fin.* Id affirmant. Movetur potiſſimum Faber hoc argumento ignorantiam contrahentis non poſſe facere, ut prodigus alienandi poteſtatem recipiat, quod tamen facillimo negotio dilui poteſt, *ex L. 2. §. hi a. pupillo 15. ff. pro emtor.* Ubi expreſſè dicitur, ſi â pupillo emeroſine tutoris autoritate, quem puberem eſſe putem Uſucapionem ſequi, quod optima ratione ad prodigum, qui hoc in articulo pupillo comparatur, applicari poteſt. Non tantum ergo argumentum Fabri ſolvit 70 hic textus, ſed affirmativam inſuper ſententiam eleganter confirmat, cui accedit *L. Sed ſi pupillus 11. §. de quo 2. & §. proſcribere 3. ff. de inſtit. Act.* ubi manifeſtè proſcriptio requiritur *add. l. Si quis 3. pr. l. Julianus 19. ff. d. S. C. Maced. L. ſi ſciens 26. ff. de contrah. Emt. L. ſi ab eo. 15. ff. de Uſurpat. & Uſucap.* Quin ipſe etiam Faber â negativa Sententia receſſit, *in Cod. ſuo libr. 5. tit.* 38. *def. unica, n. 1. & ſeqq.* Ut proinde non malè videri queat ipſum in Ipr. Papin. negativam ut ſuum in diſputando acumen oſtenderet, defendiſſe quale quid ab eodem iterum eſſe factum infra cap. 10. oſtendetur. At non perpetua eſt hæc 71 adminiſtrationis bonorum interdictio, ſed prodigus ceſſabit eſſe talis, ſanos mores recipiendo, quod tunc uſu venire non nulli putant, ſi per biennium vel triennium frugaliter vixerit Maſcard. *de Probat. vol. 3. concl.* 1234. *n.* 14. Quamvis fortaſſe temporis hujus determinatio rectius judicis arbitrio committatur. Sed numquid ad hoc judicis decretum de- 72 nuo ſit neceſſarium, ab interpretibus diſceptatur. Negat id quidem Göddæus *d. cap. 7. concl.* 10. *n.* 163. Sed affirmat Dn. Thomæ *diſp. de prodigo art.* 24. *n.* 3. Exiſtimans ad id ut prodigus quoque civiliter talis eſſe deſinat, decretum hoc requi-

requiri, ne contractus ambiguo jure conſiſtat, neve ex ſimulata morum probitate, contingat in damnum incidere prodigum, quæ ſententia ſane manifeſta nititur æquitate cui etiam accedit Mevius ad Jus Lübecenſ. *libr.* 1. *tit.* 10. *art.* 73 5. *n.* 9. & Brunneman. *Cent.* 5. *deciſ.* 23. *n.* 6. Non tamen ut ut prodigi eſſe deſierint invalidi eorum contractus durante prodigalitate inniti reconvaleſcunt, *arg.* §. 2. *J. de Inutil. ſtip. ibique* Bacchov. §. 1. *v. nec ad rem pertinet. J. quib. non eſt permiſ. fac: teſtament.*

74 Poſt Prodigos de furioſis etiam quibus comparantur nunc paucis agendum. Hi autem ſive ſtipulentur ſive promittant, omnino nihil agunt nec obligantur *L.* 1. §. *furioſi* 12. *ff. de ob. & Act.* §. 8. *J. de inutil. ſtip. ibique* Sneidewin. cum aliis Dd. *l. furioſi* 40. *ibique* Decius *ff. de R. J.* Ne curatoribus quidem conſentientibus. Abſentium enim loco ſunt *L. ubi non* 124. *ff. d. R. J.* Et quieſcentium *L.* 1. §. *furioſus* 3. *de acquir. poſ-ſeſſ. l.* 2. §. *furioſus* 3 *ff. de Jur. Codicill. l. coram.* 209. *ff. d. V. S.* Et nulla illorum eſt voluntas *L. furioſi* 40. *ff. d. R. J. l. qui ſervum* 4. *ff. de acquir. hæred.* Quod autem natura denegat, nullo juris modo, aut Principis indulgentia, aut Tutoris auctoritate ſuppleri poteſt, Chriſtoph. Sturcius *ad l.* 5. *ff. d. R. J. n.* 9. & *ſeqq.* Göddæus *de contrah. & committ. ſtip. cap.* 7. *Concl.* 9. *n.* 110.

75 Curatores iis ergo merito ſunt conſtituendi *t. t. ff & C. de Curat. furioſ.* Qui illorum bona tueantur. Quod quidem non fit ipſo jure, quamvis ita exiſtiment. Weſemb. *par. ff. de Curat. furioſ. n.* 2. & Andr. Facchin. *controv. libr.* 2. *cap.* 64. Sed perinde ceu de prodigo jam notatum, hic etiam magiſtratus decreto opus eſt, vid. eleganter Hahn. ad Weſemb. *d. n.* 76 2. *p.* 346. Patitur autem hæc regula manifeſtam limitationem, niſi furioſus dilucida habeat intervalla, quibus actus hujusmodi ſit celebratus, qui ſanam potius, quàm inſanam mentem ſapiat, & ob id plenum ſortiatur effectum *arg. L.*

qui.

qui teſtamentum 20. §. *ne furioſus quidem* 4. *ff. qui teſtament. fac.*
poſſ. Ritterſhuſius *ad Nov. part.* 9. *cap.* 6. *n.* 37. Supervenien-
te autem denuo furore Curator Contractibus licet ſanæ men- 77.
tis tempore factis autoritatem ſuam interponere nequit.
L. pen. C. de Curat. fur. v. ſ. ſin autem furor Peretz. *ad d. t. n.* 14.
in fin. In eo igitur furioſus á minoribus & prodigis differt, 78.
quod extra dilucida intervalla, perſona ejus in contractibus
non ſuppleatur. Par ratio mente captorum, quibus non
minus ac furioſis adminiſtratio bonorum denegatur, Ma- 79.
gnif. Dn. Schilter *ad π Exerc.* 37. *theſ.* 213. Dn. Strykius *diſſ.*
de dementia & Melancholia cap. 4. §. 3.

Sicuti autem non multum ab inſano diſtat ebrius, nam 80.
ubi ebrietas eſt, ibi & furor. *can.* 5. *diſt.* 35. Et ebrius pro ab-
ſente habetur ex Sententia Mimi, abſentem lædit, qui cum
ebrio litigat, ita contractus ab iis facti non valent, Andr. Ti-
raquell. *de pœn. temper. cauſ.* 6. *n.* 8. Non autem quævis hic 81.
ebrietas ſufficit, ſed tanta requiritur, quæ mentis & rationis
alienationem inducit, Göddæus *d. cap.* 7. *n.* 166. Andr. Gail.
libr. 2. *Obſ.* 110. *n.* 24. Matth. Berlich. *part.* 4. *concl.* 1. *n.* 99.
Carpzov. *prax. crim. part.* 3. *quæſt.* 146. *n.* 32. *& ſeqq.* Hinc 82.
eleganter infert Göddæus *d. l. n.* 168. *& ſeqq.* Quod ſi quis
aliquem ad prandium invitaverit, eique fine in ebriaverit,
ut ad contrahendum inducat, indeque damnoſa promiſſio
ſubſequatur, quod illa tunc ex defectu legitimi conſenſus
non modo nulla ſit, ſed & per exceptionem doli mali poſſit
elidi. Illi verò, qui ab ejuſmodi inebriato forte circum-
ventus eſt, doli replicatio non competat, unde ſponte fluit,
quod ita inebriatus nec reus conſtitui poſſit. Ebrietas au- 83.
tem hæc probanda eſt, vel per eos, qui ebrio adfuerunt, & ex
ipſius ſermone, Ingreſſu geſtibus & geſticulationibus aliiſq;
cœtibus ebrietatem facilè colligere potuerunt, quibus teſti-
bus de immodica ebrietate deponentibus credendum eſt,
Harpreht *ad pr. J. de nupt. n.* 44. aut his deficientibus jura-

Digitized by Google

mento ebrii ſtandum erit, cum animus per jusjurandum,
veluti per ſpiritualem torturam demonſtretur Batt. *in l. pro
hærede 20. in pr. ff. de acquir: & omittenda hæred:* Carpzov. *d. def.
36. n. 6. & ſeqq.* Ubi duplex ſubjungit præjudicium, daß
Beklagter den Kauff-Contract zu halten ſchüldig. Er könte
den binnen Sächſiſchen Friſt / die angezogene übermäßige
Trunckenheit mir zu rechte erweiſen und beybringen / deſſen ge-
nöſſe Er auff ſolchen Fall billich. Et poſtea daß Beklagter
die angezogene übermäßige Trunckenheit durch die abgehör-
ten Zeugen zur Nohtdurfft erwieſen und beybracht / derowe-
gen mag Er den angegebenen Kauff zuhalten / wieder ſeinen
Willen nicht gedrungen werden V. R. W. confer quoad ju-
rament: delationem Cypræus *de ſponſal. cap.* 13. §. 62. Ar-
niſæus *de Jur. connub. cap. 3. ſect: 2. n. 5.*
84. De Cœcis expedita res eſt, cum enim contrahendi fa-
cultas nulla lege iis reperiatur adempta, ſed hæc illis ab In-
terpretibus ubique indulgeatur, propterea quod in cœcis u-
ſus intellectus & voluntatis indubie adſit, qui ad contrahen-
dum ſufficit, certum inde evadit, quod etiam rei conſtitui
poſſint tam credendi, quam debendi L. *etiam Cæcus* 9. *ff. de
Adopt.* Dn. Strykius *de Jur. Senſuum differt.* 2. *cap.* 3. *n.* 10. Dn.
85. Struvius *Exerc:* 6. *theſ.* 36. At de mutis & ſurdis major
videtur ſubeſſe dubitatio, cum enim hi ſtipulationem con-
trahere non poſſint §. *mutum* 7. *J. de Inutil. Stipul. l. 1. ff. d. V.
obl. ibiq; Dd. comm. l.* 1. §. *pen. & ult. ff. de Obl. & act.* Göddæus
d. cap. 7. concl. 15. n. 282. *& ſeqq.* Conſtitutio autem duorum
reorum per capita proxime ſubſequente tradenda, ut pluri-
mum ſtipulationis beneficio fiat, videbatur dicendum eos
86. obligationis correalis eſſe incapaces. At vero cum non in
verborum obligationibus tantum, ſed cæteris quoq; con-
tractibus, ceu capite quarto docebitur, Correi recte fiant,
inſuper hodie ſtipulationum ſolennia uſu & obſervantia ſint
remiſſa, & nudo etiam pacto eadem vis obligandi inſit, præ-
ſertim

ſertim ſi inſtrumentum deſuper confectum ſit. Modeſt. Piſtor. *part.* 1. *quæſt.* 49. *ibiq.* Schulteſ. *in addit. n.* 16. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 19 *def.* 17. Weſemb. *par. ff. de pactis n.* 9. *Jure Pontificio ibiq.* Hahn *in obſer. p.* 405. *& ſeqq.* Dn. Struvius *Exerc.* 6. *theſ.* 17. Surdos & mutos tanquam correos obligari poſſe, extra omnem dubitationis aleam poſitum arbitror, vel ubi non vocet 24. ibiq; Dd. n. pr. dummodo ſignis ſenſa mentis declarare valeant, quo deficiente, ſicut omnes iis contractus denegat, Hilliger *in Donell. enucl. libr.* 12. *cap.* 22. *Lit. X.* Ita nec rei poterunt conſtitui absq; Curatore ejusq; conſenſu Dn. Struve *d. theſ.* 36. Ut igitur de hoc eo certius conſtet bonum fa- 87.
ctum agnatos contractibus illorum adhibere, qui nutuum & ſignorum muti & ſurdi notitiam habent, quo alteri contrahentium voluntatem exponere poſſint, ut ex Angel. Arct. *ad §. mutus, Inſt. de inutil. Stipul. n.* 4. *refert.* Dn. Strykius *de Jur. ſenſuum differt.* 4. *cap.* 3. *n.* 16. *& ſeqq.* qui videri poteſt.

Sed quid de Patre & Filio ſentiendum, numquid illi 88.
quoq; duo rei conſtitui poterunt? quod affirmandum cenſeo, etſi enim pater à filio ſtipulari nequit & viciſſim. *§. item inutilis* 6. *J. de Inutil. ſtip.* Quia vox filii tanquam vox patris & hujus tanquam illius eſt. *§. ſi quis alii* 4. *J. d. t. ibiq.* Sneidwin. late Göddæus *d. cap.* 7. *concl.* 5. *n.* 38. *& ſeqq.* In dubium tamen quod filii familias aliis obligari poſſint. *d. §.* 6. *in fin. l.* 89.
filius familias 39. *ff. d. Obl. & Act. l. nulla res* 5. *l. Si ex alio* 9. *C. quod cum eo, qui in alien. pot.* Sneidwin. *ad d. §. item inutilis n.* 2. Göddæus *loc. cit. n.* 58. *&* 59. Anton. Heringius *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 337. *junct. n.* 336. ubi filium pro patre fide jubere poſſe evincitur. Unde nulla videtur reliqua eſſe dubitandi ratio, quin etiam pater & filius correi debendi poſſint conſtitui.

Supereſt ut diſpiciatur numquid etiam mulier rea con- 90.
ſtitui poſſit? quod ſi de rea credendi ſeu ſtipulandi accipiatur, procul dubio affirmandum. Nec enim diſtinguitur, utrum is, qui ſtipulatus ſit vir, vel fœmina *arg. l.* 1. *& l. pronun-*

tiario 195. *ff. de V. S. l.* 4. *& l. ſeqq. C. de contrah. & commit. ſtip. l. penult. & ult: C. de inutil: ſtip.* Joach. Wibel. *de contract. mulier cap:*3. *§.* 3. *n.* 23. *&* 24. accedit, quod hujus modi contractus in mulieris utilitatem vergit eaq; inde lucrum ſentit vid. Wibel.
91. *d. tract. cap.* 4. *n.* 81. *&* 82. At vero ſi de correa debendi ſermo ſit hoc omnino negat Cujac. *ad Novell.* 90. *motus per l. vir uxori* 17. *§. mulier. & Titius* 2. *ff. ad S. C. Vellej.* Unde argumentatur, ſi mulier & Titius rei accepti fuerint, mulierem videri interceſſiſſe, qua ratione duo rei à Græcis quoq; ſemper dicantur ἀλληλέγγυοι, licet expreſſè vice mutua non fidejuſſerint, tunc enim tacite actum videri, ut unus pro alio teneatur. Sed quid de argumento hoc ſentiendum ſit, cum ex deciſione iſtius quæſtionis pendeat, an correi debendi ſemper inter ſe tacite fidejuſſiſſe videantur, de qua inferius cap. 5.
92. agendum erit, examen ejus meritò eo usq; differtur. Inter ea diſtinguendum omnino exiſtimo, an mulier ſe cum marito, an cum aliquo extraneo ream conſtituerit. Prius ſi contigerit, mulier neutiquam obligatur. *per Novell.* 134. *cap.* 8. *& Auth. Si qua mulier C. ad S. C. Vellej. ubi voluit Juſtin: illa qua mulier intercedendo pro marito contraheret penitus eſſe infirma & per nullitatis exceptionem excludi.* Cujus rei ratio hæc reddi poteſt,
93. quia facilius intercedit, aut ream ſe conſtituit mulier pro marito, quam pro extraneo ſe obligat, hinc quo facilius adducitur, ut cum marito obligationem ſuſcipiat, eo magis illi ſuccurrendum putavit Imperator, vid. Göddæus *d. cap.* 7. *concl.* 16. *n.* 288. Conrad. Rittershuſ. *ad Nov. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 9. 11. *&* 12. Et ne mulieres ex amore maritorum ſpoliarentur *l.* 12. *&* 3. *in pr. ff. de dom. jur. vir. & Uxor.* Richter. *ad Auth.*
94. *Si qua mulier C. ad S. C. Vellej. n.* 9. Quod dupliciter in ipſa Novell. & Auth. extenditur & ampliatur. Primò etiamſi mulier multoties ſe cum viro pro eadem re obligaverit, Ant. Teſſaur. *deciſ.* 223. *n.* 6. *verſ. amplia ſexto* Ant. Hering. *de fidej. cap.* 7. *n.* 470. Andr. Rauchbar. *part.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 11. *& ſeqq.*

Berlich. *part.* 2. *concl.* 19. *n.* 57. *junct. n.* 61. Mevius *conſ.* 20. *n.* 46. & 47. Quæ ampliatio ex *Novell:* 61. *cap.* 1. & *inde deſumpta* 95.
Auth. ſive à me C. ad S. C. Vellej: nequaquam infringitur, utpote quæ non agit de interceſſione aut ſimultanea obligatione Uxoris pro marito, ſed duntaxat de conſenſu illius in alienationem rerum immobilium, in quibus donatio propter nuptias conſtituta erat, quæ ſanè manifeſtiſſimè inter ſe differunt; nec quod ſpecialiter in uno caſu per *d. Nov* 61. *cap.* 1. & *inde transſcripta Auth:* diſpoſitum eſt, debet produci ad conſequentiam Rittershuſ: *d. l. n.* 16. Richter *ad d. Auth. Si qua mulier C. ad S. C. Vellej: n.* 4. & 5. Brunneman *ibid. verſ. colligitur ex hox textu primo.* Altera ampliatio in hoc conſiſtit, etſi 96.
debitum ſit publicum aut fiſcale, cujus privilegium etſi aliàs haut eſt exiguum, tamen ſi mulieres ſe cum vel pro marito obligarunt, non attenditur, aut contra illam quidquam operatur. Rittershuſ: *d. l. n.* 17. Richter *ibid: n.* 6.

Quæ etiam regula tam firmo ſtat thalo, ut illi renunciari 97.
non poſſe Doctores communiter ſtatuant, cum ſit contra Leges, omnisq; interceſſio S. Cto improbata *L. ſi mulier* 14. *in fin. ff. ad S. C. Vell.* Beuſt. *ad d. L.* 1. *ff. de jurjur. n.* 247. *in fin.* Rauchbahr. *part.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 12. Sichard. *ad Rubr. C. ad S. C. Vell. n.* 14. Ern: Cothman. *reſp.* 48. *n.* 3. *vol.* 5. Dn. Struvius *Exert:* 20. *theſ.* 11. Brunneman, *ad Auth: Si qua mulier.* & Richter *ibid. n.* 23. diſſentit Dn. Schilter *ad P. Exerc.* 28. *theſ:* 8. & 9. Hahn ad Weſemb: *ad S. C. Vell: n.* 9. *conf.* Mev. *ad Jus Lüb. libr.* 1. *tit.* 10. *art:* 1. *n.* 69. & *ſeqq:* Niſi Renunciatio juramento ſit 98.
firmata, & id quidem non ſecundum jus civile, ſed ex æquitate *C. ex reſcripto* 9. *X. de jur. jur: junct. c. cum contingat* 28. *X. eod.* Joan. à Sande *deciſ: Friſic: libr.* 3. *tit.* 11. *def.* 3. Carpzov. *libr.* 2. *tit.* 6. *Reſp.* 95. *n.* 6. & 7. Dn. Struvius *d. l.* ubi ſufficere dicit renunciationem generalem S. Cti Vellej: licet ſpecialis hujus Auth. mentio facta non ſit At. Joh. à Sande *d. l. def.* 4. Specialem hujus Auth. renunciationem utiq; requirit. *add.* Ant:

Theſſaur. *deciſſ: 223. n. 8.* Richter *d. l. n. 25. cum plur: ibid. alleg:*
99. Etſi verò vulgus Dd. exiſtimet, extra judicialem renuncia-
tionem hic ſufficere: tamen legibus magis conſentaneum,
longeq; tutius eſſe videtur judicialiter illam fieri, cum alio-
quin S.Cto fraus fieri facile poſſit. Bacchov. *ad Treutler. vol*
1. diſp. 25. theſ. 4. lit. E. & F. Richter *vol. 2. conſ.* 268. *n.* 5. Gail.
libr 2. obſ. 89. *n.* 5 *&* 6. Græværus *libr. 2. conſ.* 89 *n. 13. & 14.*
Fabr. *in Gail: enucl: d. obſ. 98.* Carpzov. ; de jur. fœm. ſing. decad.
4. poſ. 2. & 3. qui etiam in renunciatione ratione bonorum
dotalium juramentum requirit *d. l. poſit.* 4. Vel ſaltem ut fiat
coram Notario & Teſtibus ad hoc potiſſimum, ut hac ratione
de facta certioratione & renunciatione conſtet Dn. Richter.
vol. 2. conſil: 382. Dn Schilter *d. l. §.* 10. Sed quæritur hic an
100. in ejusmodi renunciatione præciſe juramentum requiratur:
an verò ſufficiat illam factam eſſe bey Fürſtlichen / Gräfli-
chen / Adelichen Ehren und Treuen? Quod quidem à non pau-
cis interpretibus affirmatur Mynſinger Cent. 1. Obſ: 17. ibi-
que in add: Arn: Reigern ubi diſertè ſcribit daß wo ein Fürſt/
Graff oder Edelmann ſich dieſer Clauſul gebrauchet / er ſolches
von Rechtswegen überzuhalten ſchüldig / alſß ob Er ſolches mit
einem leiblichen Eide geſchworen hätte / beyſöndes Meineides/
& ſic quotidie practicari teſtatur conſ. Andr. Gail. *libr: 2. obſ.*
59. Matth. Cöler. *de P. E. part. 1. cap. 10. n.* 151. Petr. Frid. Min-
dan. *libr. 2. de Mandat. cap. 71. n.* 5. Erneſt. Cothman. *vol: 5.*
Reſp: 48 *n.* 7. cum pluribus aliis, pro quibus etiam facere vi-
detur Receſſ. Imp. de anno 1555. §. und da ein Churfürſt 58. in
fin. ibi die ſo fürſtliches Stammes oder Nahmens / bey Ver-
ſprechung und Zuſage Ihrer Fürſtlicher Würde und wahren
Worte gelaſſen / die andern aber über obbemeldeten einen leib-
101. lichen Eid ſchwähren ꝛc. Veruntamen non pauciores ſunt,
qui vim juramenti hujusmodi formalibus omnino dene-
gant, tum quod in iis invocatio vel obteſtatio nominis divi-
ni, in qua tamen formale juramenti conſiſtit, omninò defi-
ciat,

ciat, Guil. Arneſ. *de caſ. conſ: libror. 4. cap. 22. quæſt: 3. n.* 16. Frantz. *ad π. de jurjur: n. 25. & 26.* Weſemb. *par. d. eod. n. 6. verſ. quamlibet ergo ibiq; in Obſ. Hahn p. (mihi)* 809. Dn. Struve *Synt. Jprud. exerc:* 17. *theſ:* 11. Carpzov. *part. 2. quæſt. 16. def: 5.* quos ſequitur etiam Cancellariæ hujatis Director meritiſſimus Dn. D. Luda. Günther Martin. *in Comment: forenſ: in ordin. jud: proceſſ: Saxon. tit.* 18. §. 9. *n.* 72. qui ſententiam Dd. affirmativam proxime relatam ita temperant, quod tantum iis in caſibus vice juramenti fungatur, ubi juramenta præciſè non exiguntur- Et §. 58. *R. J de anno* 1555. præeunte Dn. Frantzk. *d. l. n.* 29. de juramento promiſſorio commodè explicari poſſe videtur, in quo ejusmodi formula paulo plus operari poſſe videatur, cum ſimplici promiſſo, & actui per ſe alias valido adjiciatur, tum quod promiſſioni ejusmodi contra veniens perjurium non incurrat, quod tamen aſſeverari videtur Dn. Schilter *ad P. Exerc: 23. § 24. in fin:* Quin imo quod nec 102.
uxor ſe cum marito principaliter corream conſtituere posſit ratio ſvadet. Etſi enim videtur principaliter eſſe obligata ſaltem pro rata ſua *arg: l. vir uxori* 17. § *fin: ff. ad S.C. Vell.* Attamen quia mariti obligationi ſimul conſentit & facile hinc fraus dictæ conſtitutioni fieri poſſit, æquius eſt, Uxorem obligationi hic prorſus eximi Dn. Struvius *d. Exerc.* 21. *theſ:* 11. *verſ: porro ſecundo controvertitur* add. eleganter Dn. Schilter *Exerc:* 28. §. 14. Gail *libr. 2. obſ* 89. *n.* 1. Nihilominus 103.
tamen d. Novell: & Auth: ſuas patitur limitationes, mulierque ea non attenta utiq; tenetur. Primo quidem ſi manifeſte probatur, quod pecuniæ in propriam mulieris utilitatem expenſæ ſint, *Novell:* 134 *cap.* 8. *Auth: Si qua mulier C. ad S.C. Vellej:* Gail *d. obſ: n.* 1. *& ſeqq:* Rauchbahr. *part.* 1. *quæſt:* 34. *n.* 13. Zanger *de Except: part. 3. cap.* 11. *n.* 129. Ant: Hering: *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 405. Carpzov: *libr. 2. tit: 6. Reſp.* 75 *n.* 8. *& ſeqq.* Ad quam tamen probationem non ſufficit, ſi mulier confeſſa ſit in Inſtrumento, pecuniam in ſuam utilitatem eſſe verſam. Gail.

d. obſ.

Digitized by Google

d. Obſ. 89. *n.* 1. Zanger. *d. l. n.* 131. Rauchbahr *d. l. n.* 14. *ibiq. al-legat.* Berlich, *part.* 2. *Concl.* 19. *n.* 74. Hartm. Piſtor. *obſ.* 113. *n.* 1. Sed manifeſtæ hic & liquidæ requiruntur probationes
104 Ern. Cothman. *vol.* 5. *reſp.* 48. *n.* 5. Carpzov. *d. l. n.* 13. *&* 14. ſufficit tamen ſi doceatur, quod mulier in luxum & veſtimenta pecuniam impenderit. *L. ſed ſi ego* 4 §. 1. *ff. ad S. C. Vellej: L. quod ſi Servus* §. *nec non* 6. *ff. de in rem verſo. L. nec id* 15. *ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſt.* Prukman. *ad L. in multis part.* 2. *art.* 15. *n.* 13. *verſ. vix tamen ff. de ſtat. hom.* Hering. *d. cap.* 7. *n.* 405. Hahn ad Weſemb. *d. n.* 9. Dn. Struvius *d. theſ.* 11. Lauterbach *concl: for. Exerc.* 28. *theſ:* 18. Probationibus autem tantum ſemiplenis exſiſtentibus, mulier ad juramentum purgationis admitti poteſt & debet, utpote, quod in locum juramenti ſuppletorii, ubi & de veniri nequit ſucceſſit v. Carpzov. *d. l. n.* 15 *& ſeqq.* ubi in fin. id confirmat præjudicio Senatus appellationum Dreſdenſis ſub hiſce formalib9: Der Materialien halber erſcheinet aus denen Acten nud der Parteyen einbringen ſo viel/das in vörigen inſtantz wohl verabſchiedet. Es könte und wolte dann Appellanten auf vorgehender gnugſahme Verwarnung vor die Gefahr des Meineides/ das die Streitigen 200. Fl. in ihren Nutz nicht gewendet / vermittels Eides erhalten / damit wahrer Sie in gebührender Friſt zuhören / und ergiengen darauf ferner was Recht iſt ꝛc. Altera limitatio eſt,
105 ſi ſtatuto vel conſvetudine aliud ſit introductum, Nam ejusmodi ſtatuta, & conſuetudines valere docet, Gail. *libr.* 2. *obſ:* 90. *n.* 1. Græeus *libr.* 2. *Concl:* 90 *n.* 16. Mynſing: *Cent:* 1. *obſ:* 29. *junct. reſp.* 52. *n.* 25. *Cent.* 1. Matth. Colerus *part.* 1. *deciſ.* 31.
106 Petr. Fridr. Mindan. *de Mandat, cap,* 61. *n.* 6. Tertia limitatio eſt, quando Uxor cum marito communem exercet negotiationem, quia tali caſu uxor quaſi jure ſocietatis & tanquam rea debendi pro marito tenetur, nec poteſt uti beneficio S.C. Vellej. Gail. *d. obſ.* 90. *n.* 5. Græeus *d. Concl.* 90. *n.* 20 *&* 21. Coler. *d. deciſ.* 31. *n.* 3. *in fin.* Mevius *ad jus Lüb. libr.* 1. *tit.* 10.

art.

art: 1. *n.* 76. *& ſeqq: & Libr:* 3. *tit* 6. *art:* 21. *n.* 23. *& ſeqq.* Idem *part.* 8. *deciſ.* 453. *n.* 4 *&* 5. quod proviſum etiam *in ſtatut. Hamburg: part.* 2. *tit:* 8. *art.* 1. Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 107.
406. Mindan. *d. l. n.* 9. At hanc de communi negotiatione limitationem, ita demum veram eſſe ſtatuunt, ſi utilitas principaliter & directè ex obligatione ad uxorem pervenerit, vel propter utilitatem communem æqualiter contractum ſit Anton. *de Gamma deciſ: Luſit:* 306. *n.* 6 *&* 7. Neceſſariam inde 108.
requirere diſquiſitionem videtur, quanam mulier & quando proprie dicatur negotiari cum marito? Ubi communiter à Dd. pro regula quaſi conſtituitur, id tunc evenire wann das Weib in offenem Kramladen oder Marckte ſitzet / Zettel unterſchreibet / oder mit ihrem Manne Wirthſchafft oder Gaſtſchafft hält quod communiſſima Germaniæ conſvetudine ita receptum eſſe autumant, Gail. *libr.* 2. *obſ:* 90 *n.* 5. Berlich. *part.* 1. *concl:* 65. *n.* 79. Carpzov. *J. pr. For part.* 1. *conſt.* 28. *def.* 83. Richter *de Jur. & privil. cred. cap* 3 *ſect.* 1. *n.* 143. *& ſeqq.* ratione hac uſi, quod hoc caſu creditores ſimul cum marito & uxore contraxiſſe videantur tanquam ſociis, ideoq; uxorem cum marito tanquam corream debendi teneri. Sed aliis 109.
hæc ſententia ſic indiſtinctè propoſita non placet, exiſtimantibus ad communem uxoris negotiationem ſtabiliendam, omnino non ſufficere, ſi uxor in taberna tantum merces vendat cum id potius feciſſe, exiſtimanda ſit, ne otioſa ſtaret, præſertim cum marito ad operas officiales & obſequiales teneatur *arg. l. Sed ſi vir* 31. *pr. ff. de donat. int. vir. & uxor. ibiq;* Brunneman in comment. n. 2. Dn. Struve *Exerc.* 29. *theſ.* 56. *in fin* Petr. Heigius *part.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 5 *&* 22. Inde venditionem hanc potius pro opera officiali & obſequiali habendam, quam ut inde validè ad communis mercaturæ exercitium inferri poſſit. Unde cum primis dilucidè & formaliter probandum eſſe contendunt, maritum & uxorem negotiationem communem jure quodam ſocietatis exer-

 cuiſſe

cuiſſe, eâ conditione, ut quæſtus inde eſſet communis Heig. *d. l. n. 3. junct. n.* 19 *&* 20. *Mevius conſil.* 20. *n.* 64. & ſeqq. Dn.
110. Strykius vol. 2. diſp. 22. art. 15. n. 7. & ſeqq. Nec porro ad docendam mulieris negotiationem ſufficit, quod ſemel tantum merces emerit, ut venderet, nec ſic promercatrice habenda, ſed complures utiq; ad hos actus requiruntur, arbitrio judicis determinandi Dan. Möller *ad conſt. Saxon. part.* 2. *conſt.* 15. *n.* 78. *& ſeqq.* Berlich. *part.* 2. *concl.* 17. *n.* 89. *& ſeqq.*
111. Nihil huic ſententiæ obeſſe dicunt generalis Germaniæ conſvetudinis à diſſentientibus factam mentionem, cum non ſufficiat eam allegare, ſed cum facti ſit omnino eam eſſe probandam præſertim etſi hæc in quibusdam Germaniæ locis recepta oſtenditur, tamen inde validè concludi nequeat, etiam in aliis provinciis & ducatibus eam obtinere vid. Mev.
112. *d. conſ:* 20. *n.* 65. Heig. *d. l. n.* Quod verò commune exercitium cauponariæ attinet mulieremq; inde cum marito pro correa habendam eſſe, thema hoc prolixè examinat in negantem, addictis & confutatis contrariis argumentis, diſce-
113. dens ſententiam Mevius *laudato conſ.* 20. *n.* 37. *& mult. ſeqq.* In caſu autem communis negotiationis de conſuetudine uxor adeo obligatur, ut nec beneficio S.Cti. Vellej: gaudeat Mynſin. *Cent.* 1 *obſ.* 29. Paul Chriſtin. *ad LL. mancip. Mechlin. tit.* 9. *art.* 10. *n.* 3. *nec illi renunciari opus ſit Mev: ad Jus Lüb. libr.* 1. *tit.* 10. *art.* 1. *n.* 74. *& ſeqq.* Quartò limitatur hæc regula,
114. ſi ſocietas bonorum inter conjuges ſit inita, tunc mulier, ex debitis contractis æque tenetur Lauterbach. *vol.* 1. *Diſp. Tüb. diſp.* 25. *cap.* 5. §. 8 *&* 9. Richter *in Auth. ſi qua mulier C. ad S. C.*
115. *Vell: n.* 20. Mindan. *d. l. n.* Quæri hic etiam poteſt, an uxor cum filio ſuper debito mariti ſe ream conſtituens teneatur, an verò S. C. Vellej. ſit juranda? Et diſtinguendum putat Mevius *part.* 5. *deciſ.* 128 Utrum prior obligatio duret, an verò novatione vel acceptione latiore ſit ſublata, item an in muliere idem debitum eidemq; debendi cauſa ſit, an verò mulier

de

de novo contrahat, veluti ſi quod maritus debebat, & jam à filio ſub inſtantis exſecutionis metu ſolvendum erat, ſibi cedi petat, ità ut priori quidem caſu juvanda ſit, altero verò non, cum debitum ſubſiſtat. Hactenus de obligatione mu- 116.
lieris cum marito pro inſtituti ratione dicta ſufficiant, videndum nunc etiam an cum extraneo ſe corream conſtituere poſſit? quod ex hac ratione affirmandum eſſe videtur, cum hoc caſu etiam queat intercedere, cumprimis ſi hanc ſuam interceſſionem & obligationem poſt biennium à tempore & die interceſſionis factæ numerandum repetat, & geminet, quo caſu ſe exceptione S.Cti Vellej. tueri non poteſt, *per l. ſi mulier 22. C. ad S. C. Vellej:* Joann. Zanger. *tract. de Except. part. 3. cap. 11. n. 124. & ſeqq.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 7. n. 448. & ſeqq.* Rauchbahr *part. 1. quæſt. 34. n. 11.* Berlich. *part. 2. concl. 19. n. 5.*
Adeo ut nuda hic & injurata renunciatio in foro etiam ſaxo- 117.
nico ſufficiat *l. ult. §. fin. ff. ad SC. Vellej:* Rauchbahr *d. l. n 5.* Zanger *ibid. n. 115. & ſeqq.* Berlich. *part. 2. concl. 21. n. 45. & ſeqq.* Carpzov. *part. 2. conſt. 16. def. 17. n. 1. & ſeqq.* Multomagis ergò poterit etiam cum extraneo correa debendi conſtitui.
Verùm illis non attentis, inſpiciendum volunt interpretes 118.
ad quem pervenerit pecunia, ſi non ad fœminam interceſſiſſe intelligitur, & conſequenter non tenetur *L. Vir uxori 17. ff. S. C. Vellej:* Secus eſt, ſi de pecunia participavit & de hac parte utiq; tenetur. At ubi de hoc nihil conſtat, ſed correi debendi ſimul fatentur, ſe accepiſſe pecuniam & in uſus ſuos convertiſſe mulier non cenſetur pro correo interceſſiſſe, ſed principaliter ſui cauſa contraxiſſe Mevius *part. 6. deciſ. 296.* Ita tamen, ut non ultra obligetur, quam pro parte ſua virili, quia pro altera parte ſuſcepit alienum debitum & interceſſionis ſpecies eſt. Vid. eleganter Mevius *part. 6. deciſ. 297. n. 4. & ſeqq:* Ex hactenus diſputatis collectu facillimum eſt, & 119.
expeditiſſimum, quod non ſint duo rei, ſi alter ex illis obligari nequeat, veluti ſi à filio & pupillo ſine tutoris auctorita-
 te

te, eadem decem ſtipulatus ſum, ſolum enim tunc Titium habebo obligatum, licet duo quaſi correi conſtituti videantur
120. *L. ſi ex duobus* 12. § 1. *ff. de duobus reis* ibiq; Ronchegall. Franc. Niger Cyriacus *libr.* 1. *contr. for.* 198. *n.* 17. Nec fieri poteſt reus, qui abſens eſt. *L. His verbis* 8. *ff. h. t. L.* 1. *pr. ff. de V. Obl. Coll. Argent. ad h. tit. de duobus reis theſ:* 5. Cœterum cum de ſola tantum ſtipulatione, ſi per eam rei fiant d. l. 1. pr. de V. O. manifeſtè loquatur, quin imo & illa ſtatim inſignis addatur limitatio, quod ſi quis velit abſens ſtipulari per ſervum præſentem ſtipulari debeat, ut ipſi adquirat, hic ex ſtipulatu actionem, item ſi quis obligari ut correus debendi velit, jubeat, & erit quod juſſu obligatus, & id quidem quovis modo etiam per epiſtolam, cum juſſus verba non requirat *l.* 1. §. 5. *ff quod juſſu notante Gothofredo ad d. l.* 1. *pr. ff. de V. O. mihi lit. a.* ſtipulationumq; ſolennitas ceu notiſſimum pridem ab uſu fori receſſerit, unde in proclivi eſt, in cæteris quoque contra-
121. ctibus idem multo fortius uſu venire. Adeo ut moribus hodiernis omnes conventiones per epiſtolam celebrari poſſint, vel ipſo JC. Labeone Teſte *in l.* 2. *pr. ff. de pactis ibi convenire poſſe vel re vel per epiſtolam inter abſentes* ita, ut ea ſcriptorem faciat præſentem, etiamſi ille abſit per mille milliaria Nic. de Paſſ. à Janua *de ſcript. prior. l.* 3. *quaſt.* 11. *n.* 7. Lauterbach *vol.* 1. *Diſp.* 11. *quæ agit de Epiſtola cap.* 5. *theſ.* 14. *& ſeqq.* Quod ad nuncium aut procuratorem quoque ex hodierna praxi re-
122. ctiſſimè extenditur per tradita Lauterbach *vol.* 1. *Diſp.* 20. *in nuncio occupata cap.* 7. *theſ.* 31. *n.* 4 *&* 5. Vereor ut regula pro-
123. ximè *ex l.* 8. *ff. de duobus reis & l.* 1. *pr. ff. de V. O.* negativa amplius locum tueri poſſit, niſi addita hac diſerta limitatione, abſentes rei conſtitui nequeunt, niſi interventu epiſtolæ, aut nuncii ſeu procuratoris.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

QUOMODO DUO REI CONSTITUANTUR.

SUMMÆ.

1. *Continuatio.*
2. *Rei vel expreſsè conſtituuntur, vel tacitè.*
3. *Quomodo expreſſe conſtituantur rei ſtipulandi.*
4. *Promiſſor uni ſtipulatorum ſi tantum reſpondeat, illi ſoli tenetur.*
5. *Res eadem in ſtipulationem deducenda.*
6. *Rei ſtipulandi ex eodem duntaxat contractu fiunt.*
7. *Si quod ſtipulatores ſtipulati ſunt, re ipſa in ſingulis perſonis proprium cenſetur, ſtipulandi rei non fiunt.*
8. *Ratio hujus & n. 9.*
10. *Quod tàm de Jure ſtricto, quàm ex æquitate obtinet.*
11. *Ex dote duobus promiſſa duo rei non fiunt.*
12. *Sive ad certam perſonam ducendam ſit habitus reſpectus.*
13. *Sive ad certam mulierem matrimonio jungendam contrahentes non reſpexerint.*
14. *Nec rei fiunt, ſi plures fecerint pacem cum pluribus, & quilibet promiſerint in ſolidum ſe invicem non offendere ſub certa pæna. & 15.*
16. *Stipulatio ab eadem perſona fieri debet.*
17. *Plures ſtipulandi rei tamen plures reos debendi ſibi conſtituere.*
18. *Stipulandi rei eandem rem à debitore in ſolidum ſtipulari debent & n. 19.*
20. *Rei ſtipulandi eandem rem promittere debent.*
21. *Quod an factum ex inſtrumento diſcendum.*
22. *Rei promittendi uni ſtipulanti promittere debent.*
23. *Si quis conjunctim ab utroq; promittente ſtipulatus ſit duo rei non fiunt.*
24. *Niſi id expreſſe actum.*

Digitized by Google

25. *Rei promittendi eandem rem promittere debent.*
26. *Diverſarum rerum promiſſio reos non facit.*
27. *Et ita in ſolidum, ut omnes tamen eandem rem debeant.*
28. *Utriusq; rei debendi reſponſio eſt neceſſaria.*
29. *Si unus tantum reſponderit is duntaxat tenetur.*
30. *Ratio dubitandi prima.*
31. *Ratio dubitandi ſecunda.*
32. *Ratio dubitandi tertia.*
33. *Ratio dubitandi quarta.*
34. *Ratio dubitandi quinta.*
35. *Ratio decidendi & n. 36.*
37. *Reſponſio ad primam dubitandi rationem.*
38. *Ad ſecundam.*
39. *Ad tertiam.*
40. *Ad quartam.*
41. *Ad quintam.*
42. *Reſponſio ut phyſice continua ſit non requiritur.*
43. *Modicum intervallum, aut actus, quomodo dicatur.*
44. *Si alter hodie alter poſtridie reſpondeat duo rei non fiunt.*
45. *Idem in reis ſtipulandi locum habet.*
46. *Diſtinguendum an iſtiusmodi intervallum interceſſerit inter unius interrogationem, & reſponſionem alterius, an inter obligationem unius rei perfectam, alterius perficiendam.*
47. *Si repetita poſtridie interrogatione alteri reſponderit duo rei erunt & n. 48.*
49. *Et fruſtra hoc caſu timetur novatio.*
50. *Diſputatio hac ex ſubtilitate LL. Rom. proficiſcitur jure naturali ſecus eſt.*
51. *Quid in reis ſtipulandi obtineat?*
52. *Affertur aliqua diſtinctio.*
53. *Quis actus ſit obligationi contrarius?*
54. *Diſtinctiones ex Ronchegallo adducuntur.*
55. *An ad vitandam reorum conſtitutionem intervallum magnum & actus*

& actus extraneus conjunctim requirantur? & n. 56.

57. *Alter reus purè alter in diem vel ſub conditione obligari poteſt.*

58. *Per hoc enim objectum non mutatur ſed tantum qualitas obligationis.*

59. *Dum dies non venit, nec conditio exſiſtit, obligatio in ſuſpenſo eſt.*

60. *Unde à jure obligato pendente die & conditione in ſolidum recte petitur.*

61. *Quomodo hoc caſu interrogationes concipiendæ?*

62. *Reis ſtipulandi etiam pure & in diem, vel ſub conditione reſponderi poteſt.*

63. *Conditio impoſſibilis locum hic non invenit.*

64. *Aliud obtinet in ultimis voluntatibus.*

65. *Ratio traditorum & 66.*

67. *Perinde eſt conditio natura vel jure ſit impoſſibilis.*

68. *Impoſſibilis conditio contractum tunc infirmat, ſi affirmativè adjecta.*

69. *Conditio adjecta non valet, ſi in rei promittendi arbitrium ſit collata.*

70. *Differentia inter fidejuſſor jam correalem obligationem.*

71. *Si unus dolum tantum alter culpam ſimul præſtare promittat, rei non fiunt.*

72. *Imparitas hæc ad paritatem facile reduci nequit.*

73. *Sufficit ſpem ſubeſſe imparitatem ad paritatem reduci poſſe.*

74. *Diſtinguendum an imparitas hæc ſtatim in conſtitutione reorum, vel ex poſtfacto interceſſerit & 75.*

76. *Initium cujusvis contractus inſpiciendum eſt.*

77. *Quomodo dicatur eadem à duobus reis ſuſcipi obligatio? cum 3. ſeqq.*

81. *Idem eſt, ſi ſit in quantitate inæqualitas & ſeqq.*

84. *Quid ſi alter reorum civiliter alter naturaliter tantum teneatur? & n. ſeqq.*

89. *Diverſitas locorum an conſtitutionem reorum impediat?*

90. *Quo-*

jam ſuccedat diſquiſitio qua ratione, quove modo illud fieri conſueverit. Fit autem dupliciter vel expreſſe vel tacitè 2.
Carpzov. *Jur. pr. For. part. 2. conſtit. 17. def. 13. n. 11. & 12.* Hahn ad Weſemb. *ff. h. t. n. 5. vſ. diverſum eſt p. mihi* 884. Expreſſe conſtituuntur rei, quoties voluntas contrahentium verbis liquidis & ipſa ſtatim quaſi fronte ſignatis oſtenditur. Sic 3.
ſtipulandi rei fiunt, ſi poſt omnium interrogationem promiſſor reſpondeat utrique veſtrum dare ſpondeo *pr. J. de duob. reis ibique* Schneidwin. *n. 3.* Dn. Struve *Exerc. 47. theſ. 26.* At ſi interrogatus à duobus reis ſtipulandi reſponderit 4.
uni ſe ſpondere, ei ſoli tenetur. *L. duos reos 6. §. ſed ſi 2. ff. h. t.*

Quandoquidem vero jam *cap. 1. n. 16.* notatum, quatuor 5.
ad conſtitutionem reorum ſtipulandi requiri, ea paulo uberius hic explicare operæ erit pretium. Cum primis ergo rei ejusdem ſtipulatio neceſſaria, in utraque enim obligatione eadem res vertitur *§. 1. J. h. t.* Schneidwin. *ad pr. ibid. n. 4.* Hinc quocunque modo diverſæ res in ſtipulationem deductæ (expreſſis id fiat verbis, perinde eſt an tacite & vi ipſa) duo rei non erunt. Expreſſe quidem diverſæ res in ſtipulationem deducuntur veluti ſi à Titio ſtipuler decem, tu autem ab eodem ſtipuleris equum, tunc enim correi non ſumus, aut ſi ego à Sejo ſtipulatus ſim Stichum, tu vero Stichi æſtimationem Schneidwin: *d. l. n. 4.* Donell. *C. de duob. reis cap. 3. n. 2.* Unde porro ſequitur, quod etiam ex eodem con- 6.
tractu oriri debeat Obligatio, quare ſi quis alteri vendiderit domum pro centum aureis, quo caſu Emptor obligatus eſt, venditori ex contractu emti venditi, & conſenſu venditoris, alius ſtipuletur eadem centum, tamen hi correi ſtipulandi non erunt Bart. *ad Auth. hoc ita C. h. t. n. 14. & ad L. fin. ff. eod.* Schneidwin. *J. de duob. reis n. 8.*

Quin imo ſi duo eandem rem ſint ſtipulati, ſi tamen 7.
quod ſtipulati ſunt reapſe in ſingulis perſonis proprium intelligatur i. e. tale ſit, ut in ſingulis aliud atque aliud intelli-

 gatur

gatur duo rei non erunt *L. Si id quod 15. ff. h. t. ibique* Brunneman Schrader *d. l. n. 9.* Donell. *d. cap. 3. n. 3. ubi id eleganter explicat.* Summa huc redit, ſi duo ſtipulati ſunt ab eodem fundi Tuſculani uſum fructum, aut eadem conceptione decem dotis nomine, verbis quidem eadem res deſignari videtur, re tamen ipſa pro perſona cujusque reorum diſtinguuntur, ut in ſingulis alius atque alius uſus fructus alia atque alia dos efficiatur. Ratio præcedentis deciſionis emanat
8. ab extrinſeca & peculiari reorum natura, quæ eſt ejusmodi, ut ſingulis idem debeatur, ſitque rei debitæ omnibus in ſolidum omnimoda id enitas: At cauſæ diverſitas vitiat reorum conſtitutionem. Quo fit, ſi promiſſum ſit pluribus id quod varium diverſum ſit futurum in cujusque perſona non dicitur promiſſum idem, ne fiat reorum efficax conſtitutio, tametſi aliter nominatim actum ſit inter contrahen-
9. tes Ronchegall. *ad d. l. 15. n. 2.* Ceſſabunt igitur & effectus conſtitutionis duorum reorum, & ob id utrique ſtipulanti ſolidum debebitur, adeo ut ſolutione facta uni ex ſtipulatoribus non contingat liberatio ſolventi; quatenus ad alium, quoniam recte ad huc pro ea re convenitur, ſicut ad diverſum quidpiam in promiſſionem deductum idem ibidem.
10. 4. ad verba non poterimus. Sunt quidem qui exiſtimant id mero quidem jure verum eſſe, de æquitate autem aliud eſſe dicendum, ita ut debitor etiam ab altero per factam ſolutionem uni liberetur, exemplo eorum, qui ſunt correi proprie, oppoſita nempe agenti doli exceptione, quæ provenit à voluntate contrahentium, quorum intentio fuit id agere, ut fieret reorum conſtitutio, unde porro ſequatur, voluiſſe eos, ut unica debitoris ſolutio ſufficeret, quorum opinionem refert Ronchegall. *ad d. l. 15. n. 9.* qui tamen ibid. recte animadvertit, quod per ejusmodi in cerebrina quaſi æqvitate fundatam interpretationem ICti deciſio in hac lege omnino redderetur inanis, unde duram cenſet hujusmodi decla-

declarationem cum certum ſit ipſum promiſſorem ad duo diverſa teneri, ex natura rei in promiſſione contentæ, nec conventio contrahentium, ut ſcilicet actum ſit, quod duo rei fiant, debeat poſſe mutare naturalem cauſam rerum *arg. l. 1. ff. de Uſu fr. ear. rer. qua uſu conſum.* Quin igitur non ſit recte facta conſtitutio, nec debent accommodari huic caſui jura, quæ de reis ipſis verba faciunt, tandemque *n.* 11. circa finem concludit, quod in hoc caſu detracta reorum mentione facienda ſit interpretatio illa, quæ fieret ubi ſimplex eſſet promiſſio.

De dote duobus promiſſa idem deciditur *in d. l.* 15. quod ſcilicet inde duo rei credendi non conſtituantur, quam quidem dupliciter Interpretes accipiunt, Alii quidem ita, ut ſimul in dotis promiſſione reſpectus ad certam quandam perſonam dotandam V.C. Pamphilam ſit habitus Ronchegall. *ad d. l. 15. n.* 12. Alii vero ita, ut dotis nomine duobus ſit aliquid promiſſum non habita relatione magis ad unam quam ad aliam mulierem, vel ad unum potius quam ad aliud matrimonium. Idem *ibid. n.* 16. Priorem caſum ſi admittimus, ratio deciſionis negativæ in promtu eſt, dos etenim cum abſque matrimonio conſiſtere non poſſit *l. fin. pr. C. de donat. ante nupt.* & ad hoc ut quod promiſſum eſt debeatur, opus eſt ſubſecutum eſſe matrimonium *l. ſtipulationem 21. ff. de Jur. dot. ibiq.* Brunneman *in comment.* Bald. Nov. *de jur. dot. part. 6. privil.* 76. Mantic. *de tac. & ambig: convent. libr. 12. tit.* 11. Menoch. *libr.* 3. *praeſ.* 19. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 31. Hoc vero eodem tempore in eadem perſona non ſubſiſtat quia mulier pro qua dos eſt promiſſa duorum ſimul uxor eſſe nequit *§. affinitatis quoque 6. J. de Nupt. junct. §. 7. l. cum qui* 18. *C. ad L. Jul. de adult. l. etiam* 15. *§. Si duo* 4. *ff. de* manumiſſ. vindict. inde ſatis apparet cauſæ diverſitas in ejusmodi ſtipulationibus, à qua vitium illæ contrahunt add. late Ronchegall. *d. l. n.* 12. *& ſeqq.* Ubi ad contraria reſpondet. Perinde altero

Marginal numbers: 11. (beside "De dote duobus…"), 12. (beside "mittimus, ratio…"), 13 (beside "Perinde al-")

tero caſu, quem magis literæ convenire diſerte teſtatur *Id. n.16.* manifeſtum eſt, propriam eſſe rem in perſona cujuſq; ideoq; diverſam eſſe doruim conſtitutionem, unde nec ſolutio uni facta ſolventem liberabit ab alio, quia diverſa ſunt in promiſſionem deducta.

Eadem ratio eſt, ſi plures fecerint pacem cum pluribus,
14. & promiſerint quilibet in ſolidum ſe invicem non offendere, ſub pœna mille, deinde unus ex illis ſit offenſus, an tunc omnes pro reis ſint habendi, ita ut tam ſinguli in ſolidum agere quàm conveniri poſſint? In cujus quæſtionis reſolutione teſtatur Bart. *ad l. fin. ff. de duob. reis §. Secundo quæro & ad Auth. tacita C. eod. §. tertio decimo quæro* ſe quosdam vidisſe, qui ſe reputant multa ſcire tenere quod ſic. Veruntamen id eſſe falſum, quia ejuſmodi ſtipulatio inhæret perſonæ cujuslibet, alia atque alia eſt ſtipulatio & promiſſio, nec propterea poſſunt eſſe duo rei vel ſtipulandi vel promitten-
15. di *per d. l. Si id quod 15. ff. h. t.* Nec aliud dicendum reſpectu ad pœnam habito, perinde enim hinc reſultat diverſitas cauſæ. Nam ei, qui eſt offenſus, debetur pœna ſuo ſuæq; offenſionis nomine, cœteris autem alieno & alienæ offenſionis nomine, & ſic vitiatur utique reorum conſtitutio *d. l. 15. ibique* Ronchegall. *n. 27. & ſeqq. ubi late hoc de negotio di-*
16. *ſputat.* Secundo Stipulatio ab eadem perſona fieri debet, nam ſi à diverſis perſonis fiat, puta, ſi primus à Sejo Stichum, ſecundus eundem Stichum à Sempronio ſtipuletur, rei ſtipulandi eſſe non poſſunt. Perſonæ enim Stipulatorum & promiſſorum diverſæ diverſas etiam & proprias obligationes inter Stipulatores & promisſores efficiunt, una verò
17. in duobus reis obligatio ſit, neceſſe eſt. *§. 1. J. eod.* Etſi vero quod duo pluresve rei credendi vel ſtipulandi, non tantum reſpectu unius debitoris ut hic in pr. ſed etiam reſpectu plurium debitorum conſtitui poſſint, docet Bart. *in L. ex duobus ff. hoc tit. n. 33. & ad Auth. hoc ita n. 58.* Schrader *d. duob. reis n. 5.*

n. 5. in fin. quod probatur etiam *in l. fin. C. h. tit. pr. in verb.*
cum quidem rei ſtipulandi certos habebant reos promittendi, ta-
men id proximè præcedentibus nihil obſtat, quandoqui-
dem poſteriori hoc caſu rei ſtipulandi ſimul à reis promit-
tendi omnibus in ſolidum, non diviſim ſinguli à ſingulis,
ſtipulati eſſe, & promiſiſſe cenſendi ſunt, quod naturæ cor-
realis obligationis minime refragatur vid. Petr. Frider. Min-
dan. *de contin. cauſ. libr. 3. cap. 16. n. 1. & 2.* Jo: Ronchegall. *ad*
rubr. de duob: reis n. 88.

Requiritur tertio ut eandem rem ab eadem perſona ſti- 18.
pulentur in ſolidum, non ejus partes *§. 1. J. h. t. l. 2. ff. eod.*
Hinc ſi duo conjunctim eandem rem aut pecuniæ ſummam
ſtipulentur, rei ſtipulandi non erunt, quia diviſa pro nu-
mero perſonarum ſtipulatione videntur ſinguli partem vi-
rilem eſſe ſtipulati *L. reos* 11. *§. 1. ff. h. t. ibique* Brunneman.
n. 6. Denique quarto requiritur, ut eadem res debeatur
omnibus in ſolidum *d. §. 1. J. h. t.* Unde ſequitur quod ſi 19.
prius Titio ſpoponderit deinde alii etiam interroganti ſpon-
deat, alia atque alia obligatio ſit contracta, prout in diverſis &
diſtinctis ſtipulationibus uſu venire tralatitium eſt *pr. J. h. t.*

Similiter in reis promittendi vel debendi requiritur 20.
Primò ut eandem rem promittant omnes, quod ſit expreſ-
ſe, ſi Titius interrogaverit Mevio decem aureos dare ſpondes
& Sejo eosdem aureos dare ſpondes? Singulique reſponde-
rint ſeparatim ſpondeo, aut uterque conjunctim ſponde-
mus *pr. J. h. t. l. 4. ff. eod. ibique* Ronchegall. *de hoc ſatis ſcru-*
puloſe diſputans n. 7. & ſeqq. Cujus rei fidem faciet inſtrumen- 21.
tum, quô rem ita geſtam ſcriptum eſt *d. L. 11. §. 1. confer. §.*
item verborum 11. & §. ſi ſcriptum 16. J. d. inutil. ſtipulat. ibique
Schneidwin: *n. 1. L. 7. §. 12. ff. de pact.* Ubi notandum, quod
vox pactorum ibi accipiatur pro inſtrumentis, in quibus
pacta ſunt deſcripta, notante id *gl. ad d. L. & §. Lit. m.* & Cu-
jac. *ibid. p. mihi* 115. *Lit. A.*

Digitized by Google

22. Unde in proclivi eſt deducere ad conſtitutionem reorum debendi neceſſarium eſſe, ut uni ſtipulanti uterque reſpondeat. Nam ſi ex duobus promiſſoribus ſinguli ſingulis ſtipulantibus promittant pro numero ſtipulantium & promittentium, aliæ atque aliæ obligationes fiunt, ſed in duobus reis promittendi una tantum verſatur obligatio *L. in duobus reis 3. §. fin. ff. h. t.* Donell. *C. de duob. reis cap. 4. n. 4.* Gödd. *de contr. & committ. ſtip. cap. 5. Concl. 10. n. 129.* Nec fi-
23. unt duo rei promittendi, ſi quis conjunctim ab iis ſtipulatus ſit, & tabulis comprehenſum eos ſpopondiſſe, tunc enim, quia particula copulativa obligationem in viriles portiones diſpeſcit *L. 2. §. 4. ff. de eo, quod cert. loc. l. eum qui 36. L. ſi mihi 110. pr. ff. de V. O. L. Paulus reſpondit 43. ff. de re jud.* Quisq; virilem promisſiſſe videtur partem, & ſeparatam ſuſtinere obligationem *L. 11. §. 1. & 2. ff. h. t. l. 3. & Auth. Hoc ita C. eod. Novell. 99. cap. 1. in pr.* Coll. Arg. *ad tit. de duob. reis theſ. 10.* Niſi
24. aperte id agatur, ut fiant duo rei promittendi, tunc enim nihil nocebit, reos conjunctim interrogatos esſe, cum ſemper etiam in ſtipulationibus ſequendum ſit, quod actum eſt, *L. ſemper in ſtipulationibus 34. ff. de R. J. ibiq. Decius n. 1. &* Sturcius *n. 1. cum ſeqq.* Donell. *C. de duob. reis, cap. 4. n. 6.*

25. Deinde & ſecundo ad conſtitutionem duorum reorum debendi requiritur, idem objectum ſive eandem rem ab utroq; esſe promisſam *§. 1. J. duobus reis ibi in utraq. obligatione una res*
26. *vertitur L. 2. ff. eod. verſ. eandem pecuniam.* Unde patet, quod ſi diverſæ res promittantur, nequaquam duos reos conſtitui, ſed ſingulos ſingulis obligationibus esſe obnoxios *L. 1. §. ſed ſi 5. & L. quod dicitur 68. ff. de V. oblig.* Schneidw. *ad pr. J. h. t.*
27. *n. 4.* Requiritur porro ut ſinguli dum eandem rem in ſolidum promittunt id agatur, ut nihilominus rem unam omnes debeant, ut vere dici posſit in utraque obligatione rem unam verſari *§. 1. J. h. t.* Utriusque etiam reſponſio ad in-
28. terrogationem factam eſt necesſaria, id enim ſi ab alterutro ſit

ſit neglectum, is qui reſpondit ſolus obligatur *l. duos reos promittendi 6. pr. ff. h. t.* Quid vero dicendum, ſi uterque à ſtipulante ſit interrogatus, alter autem duntaxat reſponderit? 29.
Et decidit ICtus Julianus *in l. duos reos 6. pr. ff. h. tit.* verius eſſe eum, qui reſpondit obligari. Rationem ſubjicit neque enim ſub conditione interrogatio in utriuſque perſona fit, ut ita demum obligetur, ſi alter quoque reſponderit. Quæ deciſio licet ſatis clara & aperta ſit, nihilominus tamen adduci quædam poſſunt, quæ eam infringere aut ſaltem dubiam facere videantur. Et primo quidem quod hic deficiat ſolennis forma ſtipulationis, quippe non recte ſit reſponſum interrogationi, cum forent duæ interrogationes, aut certe una plurali numero concepta, quam vel quas ſubſecuta eſt una duntaxat ſingularis reſponſio. Hæc autem plane ſimilis eſſe debet interrogationi §. 1. *ibiq. Dd. ff. de V. O.* Unde videri poterit, ne ipſum quidem ſingulariter reſpondentem teneri, quaſi malè ad interrogatum reſponderit. Notum eſt autem, quod ſi actus uti geſtus eſt non ſubſiſtit, non debet etiam valere eò modo, quo alias valere poſſet *l. 1. §. ſi quis 2. ff. de V. O. ibiq.* Dd. Accedit (2) inſpecta intentione ſtipulantis, qui ſcilicet id agebat, ut duæ ex hac interrogatione naſcerentur obligationes ejuſdem quantitatis *juxta l. eandem 9. §. fin. d. tit.* quia re unica tantum reſponſione ſubſecuta, eſt quædam imperfectio, reſpectu intentionis agentis l. interrogantis, quæ debet actum vel prorſus vitiare, vel ſaltem imperfectum reddere *l. cum Silanianum. SCtum 11. in fin. C. de his quibus ut indign. l. Si is, qui teſtamentum 25. ff. qui teſtament. fac. poſſ. l. contractus 17. C. de fid. inſtrum.* Alias (3) ex omiſſione reſponſionis ſtipulanti accerſeretur præjudicium, utpote cujus intereſt habere duos obligatos in ſolidum pro eadem quantitate propter beneficium electionis *juxta l. 2. C. de duobus reis.* Perinde (4) intelligi poſſit conditio quædam incluſa ſub reſponſione unius interrogati, ut is ita demum

30. 31. 32. 33.

mum

mum velit obligari ſi alter idem quoque promiſiſſet, alias id non promiſſurus *arg. l. ſtipulatio 21. §. hebet 2. ff. de Nov. oper. nunt*: Ex. Ubi promittens ſe obligat ea contemplatione, quia & Mevius eſt ſe obligaturus, vel intelligitur tacita conditio, vel ſaltem modus, qui reſpicit cauſam finalem, quo non impleto evaneſcit contractus *arg. l. cum te 6. C. de pact. int. emtor. & vend. ibiq.* in comment. Brunneman verſ. *ſi tamen illa conventio* & Richter. *n. 13. & ſeqq.* Et omnino utile eſt reo habere correum obligatum ad idem, quum forte facta integri ſolutione repetere poteſt partem à correo, de quo cap. 10. erit agendum. Stipulanti denique (5) impu-
34. tari poſſit, cum attenderet alterum non reſpondere, ſi non effecit, ut & is reſponderet *l. quidquid ad ſtringenda 99. pr. ff. de V. O. l. veteribus 39. ff. de pactis vid.* Ronchegall. *ad d. l. 6. n. 2.*
35. His tamen omnibus nihil obſtantibus vera manet deciſio ICti *in d. l. 6.* eum, qui reſpondit ſolum obligari Juris namque expediti eſt, unumquemque eorum, qui interrogantur, promittere pure totum reſpectu propriæ perſonæ; non alterius, ita ut quisque ex propria reſponſione ad ſolidum obligetur *pr. J. h. t. junct. l. eandem 9. §. fin. ff. eod.* Hinc prono fluit alveo, quod ſi reſponſio unius ex iis, qui ſimul interrogati ſunt, deficiat, nihilominus, alius qui promiſit recte & in ſolidum obligetur, cum ſint actus diſtincti, ut patet ex forma interrogationis. Et nimis inſipidum eſt aſſerere intenti-
36. onem interrogantis fuiſſe, reſpondentem non obligari, niſi & alter reſpondeat modo de hoc aliter expreſſe non conſtet *arg. l. ſi repetendi 7. C. de condict. ob cauſam ibiq.* Brunneman *in comment.* Barboſ. *loc. comm. locupl. tit. 19. cap. 41. axiom. 31.* Unde etiam rectiſſime ICtus imaginariam hanc conditionem diſertis verbis reprobat, & dubii præterea ne minimum quidem hac de re cuiquam ſupereſſe poteſt, quandoquidem eandem deciſionem ICtus *in verſ. ſed ſi à duobus reis ſtipulandi*, ad hos etiam transfert, ſi reis ſtipulandi reſponſum

ſit,

Digitized by Google

ſit, uni ſe tantum ſpondere promiſſorem, quod ei ſoli teneatur, *uti jam ſupra h. c. n.* 4. dictum eſt. Quod autem obtinet in una reorum ſpecie, id etiam de altera dicendum, præſertim cum quoad hanc quæſtionem nulla valida differentia inter reos credendi & debendi excogitari aut afferri poſſit.
Quæ paulo ſuperius in contrariam adducta ſunt ſententiam 37.
non adeò magni ſunt ponderis. Nam quod primum attinet, negatur in hac ſpecie non eſſe ſervatam formam vel ſolennitatem conſtitutionis. Tametſi enim conceditur, quod interrogatio præceſſerit in plurali numero, de qua tamen *ex ipſo textu l.* 6. nihil certi conſtat, utpote qui tantum utrumque interrogatum eſſe ſupponit, quod tam eadem quam diſtinctis interrogationibus fieri poſſe palam eſt *ex pr. de duobus reis in fin.* quinimo quamvis interrogatio in plurali numero fuiſſet concepta, ſingularis tamen reſponſio recte ei accommodatur Ronchegall: *ad d. l.* 6. *pr. n.* 3. ad hunc effectum, ut is qui reſpondit ſolus obligetur. Quod ſecundo lo- 38.
co afferebatur de intentione ſtipulantis, id agentis, ut duæ ex hac interrogatione naſcerentur obligationes ejusdem quantitatis non ſtringit. Nam exiſtimandum minime eſt, ſtipulantem præciſe intendiſſe duos actus diverſos perficere, nec enim credendum voluiſſe eum alterum actum eſſe invalidum, ſi alter in validus non perficiatur, nec enim id vel minimo expreſſum verbo eſt à ſtipulante dici proinde nequit, quod in alto ejusmodi ſilentio aliquid adhuc agendum ſuperſit, ad implendam ſtipulantis intentionem, præſertim cum is in unica unius promiſſoris ſubſecuta reſponſione adquieverit, illamque libens agnoverit, Patet inde *l. cum Silanianum* 11. *C. de his quib. ut indign. fin. nec non l. Si is* 25. *qui teſtament. fac. poſſ. junct.* 1. *contractus* 17. *C. de fide inſtrum:* huc prorſus impertinenter tractas eſſe, quod in ipſa l. 25. diſerte dicitur, deciſionem illius tum demum veram eſſe, ſi conſtaret voluiſſe plures eum qui teſtamentum fecit, hære-

des pronuntiare, aliter ergo hæc hariolatio locum non habebit, quam ſi diſerte conſtet, quòd ſtipulator noluerit eſſe aliquid actum, quatenus ad alterum, niſi & alter reſpondiſ-
39. ſet. Unde ſimul concidit argumentum tertio loco propoſitum. Quamvis enim præſtaret forte ſtipulanti duos habere reos debendi in ſolidum; cum tamen id obtinere non potuit, contractus autem ab initio voluntatis non neceſſitatis ſint juxta commune juris axioma, ſufficit eum in reſpon-
40. ſione unius adquieviſſe. Ad quartum reſpondet Ronchegall: *d. n.* 3 rectiſſime, juris regulam eſſe quod ubi actus poteſt intelligi factus jure & ſub conditione in re dubia ſit dicendum, quod jure factus ſit *l. in omnibus obligationibus* 14. *ff. de R. J. ibiq. Dd.* Neque *l. ſtipulatio* 22. §. *habet autem* 2. *ff. de nov: op: nunt:* huc pertinet, ſed de caſu prorſus diverſo loquitur, ubi manifeſta hæc ſuberat conditio, ut ita demum committatur ſtipulatio, ſi judicatum fuerit, quæ ſane in noſtro caſu omnino abeſt, quô etiam reſpicit *l. cum re* 6. *C. de pact. int. emtor: & vend.* quod ſatis arguunt manifeſta ejus verba, *certa rei contemplatione inter vos habita*, ad quæ Gothofredus in notis (mihi) lit. U. *ſi non ſervatur ſubſtantiale pactum reſcinditur contractus* at tale hic nullum deprehenditur, quod etiam probat Brunneman *in comment. ad d. l. tale pactum ibi interveniſſe dicens.* Quintum denique argumentum inde corruit, quod
41. ut jam dictum initio contractus in poteſtate ſtipulantis non fuit alterum interrogatum præter & contra voluntatem ſuam ad reſponſionem cogere contra in poteſtate ſolius reſpondentis fuit, reſponſioni ſuæ hanc annectere conditionem, ſe aliter obligari nolle, quam ſi alter interrogatus debito modo reſpondeat, quod dum neglexit, ipſe ſibi hoc incommodum imputet, ſoluſque exfacta promiſſione oriundam obligationem ſuſtineat neceſſe eſt, Rochegall. d. l. n. 3.
42. Et hæc quidem utriuſque rei reſponſio ad interrogata ſtipulantis continua eſſe debet. Verum id non accipiendum

dum more Phyſicorum à puncto ad punctum, ſed moraliter & civiliter, ita ut momentum aliquod naturæ intercedat *per l. continuus 137. ff. de V. O. ibique* Zaſius *vſ. collige tamen diligenter*, hinc ut eodem temporis momento reſpondeat reorum uterque præciſe non-requiritur, modicum ſiquidem intervallum, modicuſve actus, obligationi tamen quæ intenditur non contrarius, nihil impedit quo minus duo rei fiant *n. 7. ibiq. Ronchegall. L. in duobus 3. in pr. l. duos reos 6. §. fin.*
ff. h. t. Diſpiciendum proinde quodnam ſit & dicatur tem- 43.
pus modicum, actuſve modicus, non extraneus nec obligationi contrarius, ubi citra prolixam diſputationem communem ſequor ſententiam ſive opinionem, nempe quod eodem die fit in continenti fieri videri, & modicum eſſe intervallum, puta ſi mane interrogeris & ſero eadem die reſpondeas dummodo neuter noſtrum ad aliud negotium divertat poſt Barth: Jaſ: & Dd. *ad l. 1. §. 1. ff. de V. Ob.* Gödd. *de contrah. & committ. Stipul. cap. 5. concl. 2. n. 15. & ſeqq.* Donell. *C. de duob. reis cap. 4. n. 7.* Franc. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. libr. 15. tit. 3. n. 5.* Alex. Treutacinq. *libr 3. var. reſol. tit. de ſolut. Reſol* 34. *n.* 14. Ronchegall. ad *l. 6. §.* duo rei
ff. h. t. n. 12. -- & ad l. 12. pr. eod. n. 8. & 19. Unde li. quet mo- 44.
dicum tempus non eſſe, ſi alter hodie, alter poſtridie reſpondeat *l. Si ex duobus 12. pr. ff. h. t. l. 1. §. 1. l. continuus 137. ff. de V. O.* ibique communæ Ronchegall. latiſſime. Cum enim *d. l. 137.* interrogationem & reſponſionem ſpatio unius diei coerceat, conſequens eſt eo elapſo ſtipulationem nullam reddi ratione ultimi reſpondentis. Quod etiam rectiſſime
ad reos ſtipulandi accommodari poſſe docet Ronchegall. 45.
ad d. l. 12. n. 12. per l. duos reos 6. § fin. ff. h. t. in verb. intra quod utriq. reſpondeatur, quamvis lectio vulgata ibi habeat uterque
reſpondeat conf. Ronchegall. d. l. n. 5. Omnino tamen hic 46.
diſtinguendum eſt, an longum ejuſmodi intervallum interceſſerit inter unius interrogationem & reſponſionem alte-

rius, an vero inter obligationem unius rei perfectam & alterius perficiendam, dummodo conſtet de voluntate contrahentium, & hoc actum eſſe ut duo rei conſtituantur Mantica *d. l. n* 4. Brunneman. *ad l.* 3. *h. t. n.* 2. Trentacinq. *d. l. n.* 11. *& ſeqq.* Ronchegall. *ad l.* 3. *ff. h. t. n.* 24. *& ad l.* 12. *pr. n.* 13. Hinc ſi repetita poſtridie interrogatione, alter ex promiſſoribus,
47. qui pridie ſiluerat continua reſponſione denuo interrogantem excipiat, perfecta ſtipulatione reos conſtitui docet Weſemb. *par. ff. h. t. n.* 5. Gödd. *d. cap.* 5. *concl.* 10. *n.* 132. *per l.* 5. *in*
48. *fin. h. t.* Hoc enim modo ſi fiat intervallum iſtud inter utriusque rei reſponſionem intercedet, non inter interrogationem ſtipulantis & promittentis reſponſionem, quæ ſane multum ab invicem differunt. Nam poſterius ut modo dictum, in utilem ſtipulationem facit; prius vero conſtitutionem reorum non impedit, ubi conſtat utrumque recte eandem rem promiſiſſe & ex ſtipulatione eſſe obligatum atque id actum, ut quamvis diverſis temporibus accepti ſint, tamen duo rei eſſent vid. Donell. *de duob. reis cap.* 4. *n.* 8. Niſi
49. quis ex jure veteri hic novationem metueret, ubi poſterior id promittit qvod prior debebat; quaſi nova perſona interveniens novationem faceret; etſi enim id pro quo Titius erat meus debitor rurſus à Sejo dari mihi ſim ſtipulatus, interventu novæ perſonæ Seji ſcil. nova naſcebatur obligatio translata priore in poſteriorem hanc §. *praterea* 3. *J. quib. mod. toll. oblig. junct. l. fin. C. de novat:* Cum tamen in duorum reorum ex intervallo conſtitutione, non poſſit non evenire, ut ſint duo ſtipulandi actus, vel duæ promiſſiones diverſorum, & una quidem altera poſterior, per quam, quod jam ab uno erat promiſſum, alter æque polliceatur *in fin. pr.* 3. *de duob. reis ibi ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim* tunc probabiliter dici poterat, ſolum Sejum, qui poſteriore loco reſpondit, univerſo debito à priore debitore in poſteriorem prorſus translato ſtipulanti teneri, ſublata omnino obligatione in perſona Titii

Joh. Ronchegall. *ad l. 3. pr. ff. de duob. reis n. 1. junct. n. 4.* Cæterum hoc non obſtante eleganter reſpondet Ulpianus *in l. in duobus reis 3. pr. ff. h. t.* adſerens novationem hoc caſu timendam non eſſe, ſiquidem id agatur, ut poſterior non pro novatore, ſed pro altero promittendi reo accipiatur, unde aperte id agi intelligitur ne ulla novatio fiat. Et *ad d. l. 3.* notat Brunneman *n. 1.* dilatam per aliquot dies reſponſionem nullam eſſe juxta ſubtilitatem Legum Romanarum, non vero ſecundum vinculum juris naturalis *& ad L. 12. eod.* id hodie ceſſare modo, ut duo rei fiant expreſſe actum ſive ſtatim, ſive ex intervallo convenerit. Verum cum de reis ſtipulandi, an etiam hi ex intervallo conſtitui poſſint, nihil expreſſe determinet JCtus, quæritur, an & huc timenda ſit novatio, an duo etiam rei ſtipulandi ſ. credendi erunt conſtituti? En nullam hic oriri poſſe novationis vel ſuſpicionem exiſtimat Ronchegall. *ad d. l. 3. pr. n. 12.* cum in novatione agatur de obligationis translatione, de uno, qui debeat quidpiam in alium vel eundem *per l. 1. ff. de novat.* at in quæſtione noſtra agitur de mutatione, quatenus ad eum cui debetur aliquid; quo caſu non intelligitur agi de novatione propria. Diſtingui tamen idem *d. l. n. 13.* an promiſſio facta ſit alteri de eo quod mihi ſoli debetur citra ſcientiam conſenſumque meum aut me ſciente, volente & approbante. Priori caſu non valet correi conſtitutio in præjudicium meum, ne absque ullo facto meo fiat conditio mea deterior, quatenus invitus vel ignorans haberem correum ejusdem crediti *l. ſi Stichum 8. §. fin. ff. de novat. l. id quod noſtrum 11. ff. de R. J. cap. non debet 22. x. de R. J. in 6. ibiq. Dd.* per promiſſionem igitur crediti mei alteri factam, creditum meum nihil minuetur, ſed idem alteri debebitur ex cauſa ſeparata, & relatio facta ad debitum meum, non conjungendi, ſed magis demõſtrandi vim habebit. Altero autem caſu ſi promiſſio alteri facta

 eſt

eſt me volente & approbante eo animo, ut duo rei credendi conſtituamur, actus ille omnino valebit, non obſtante intervallo licet maximo.

53. Porro omnis actus intelligitur eſſe contrarius, qui non pertinet ad obligationem, niſi ſit actus naturæ neceſſarius *L. cum antiquitas* 28. *C.* de Teſtam. Mantic. *loc. cit. n.* 3. At vero cum quis actus videri poſſit extraneus, in facto magis quam jure conſiſtat, id judicantis arbitrio permittendum cenſet poſt Menoch. *de A. J. Q. in præfat. & paſſim* Gödd. *de*

54. *contrah. & committ. Stip. cap.* 4. *n.* 22. Plenius autem diſtinguit Ronchegall. *ad l. 6. §. duo rei ff. h. t. n.* 18. quoad actum modicum & actum non extraneum nec obligationi contrarium, ita, aut interpoſita eſt in ipſa diſpoſitione, de qua agimus, vel de eo qui ſit extra illam diſpoſitionem. Primo caſu, aut eſt de pertinentibus ad rem, aut eſt ei contrarius, aut impertinens aut extraneus. Si eſt pertinens & modicus, clarum eſt, quod non vitiat, ut patet ex hoc textu in datione fide juſſoris. Atſi eſſet pertinens & non modicus, idem videtur eſſe dicendum, quia res fit uno contextu actionis. Ubi autem eſt ei contrarius, ſine ulla diſtinctione conſtitutionem vitiat, ut colligitur hic à contrario ſenſu. Ubi autem eſt impertinens & extraneus ſi ſit modicus, non vitiat, *l. quæ extrinſecus* 65. *pr. ff. de V. O.* At ſi ſit longus, & in re ipſa conſiſtat, actum vitiat, nec eſt differentia inter actum extraneum & contrarium, quia quilibet vitiat. Sed quando agitur de actu extra contractum adhibito, ſimilis diſtinctio attendenda, ut ea, quæ ad contractum pertinent, non vitient; ubi autem adverſatur contractui nocet indiſtincte, ubi vero eſt impertinens, tunc ſi ſit diverſum negotium vitiat, ut neceſſaria naturæ non vitiant actum, hactenus Ronchegallus. Porro à Dd. diſquiritur, an ad vitiandam reo-

55. rum conſtitutionem, utrumque conjunctim requiratur, ut intervallum magnum & actus extraneus interceſſerit, an

alte-

alterum ſufficiat? Et Treutacinq. quidem *libr.* 3. *Reſol.* 34. *n.* 17. diſtinguit, an quæſtio verſetur in terminis negativis, an affirmativis. Si prius-tunc ad hoc, ut non vitietur conſtitutio duorum reorum, utrumque cenſet conjunctim requiri, ut intervallum nec magnum, nec actus extraneus interceſſerit. Sin vero poſterius, Dd. in diverſas abire ſententias, quibusdam utrumque copulative requirentibus, aliis alteri utrum ſufficere exiſtimantibus. An vero per hanc diſtinctionem quæſtio hæc elucidetur, mihi quidem non liquet. Varie etiam Ronchegall. *de eadem diſputat loc. cit. n.* 19. *& tandem n* 20. *&* 21. ſuum de illa aperit judicium: ſatis eſſe ad invalidandam reorum conſtitutionem, ut interveniat longum ſpatium temporis ſolum, vel actus contrarius duntaxat. Ideo autem duo hæc *in textu l.* 6. conjuncta eſſe ut intelligatur ad validitatem conſtitutionis reorum oportere duo illa eſſe ab ea remota, ut autem impediatur, ſatis eſſe, quod unum duntaxat interveniat, quod ſatis clare pateat *ex l. contractus* 137. *pr. ff. de V. O. ubi probetur ſolam digreſſionem ad alium actum abſque temporis intervallo vitiare ſtipulationem.* 56.

Neque ut eodem modo promittatur neceſſe eſt, cum ex duobus reis pure alter, alter in diem & ſub conditione obligari poſſit §. *fin. J. h. t. l. ex duobus* 7. *ff. eod.* Donell. *C. de duob. reis cap.* 4. *n* 3. Mozz. *de ſtipulatione cap. qui poſſ. ſtip. & qui non n.* 9 *p.* 314. Mantic. *lib.* 15. *tit.* 3. *n.* 27. Hic enim objectum non mutatur, nec eſt aliud atque aliud debitum, ſed qualitas tantum obligationis diverſa eſt, Brunneman. *ad d. l.* 7. *n.* 1. Quæ qualitatis diſſimilitudo impedimento non eſt, quin ab utroque eadem ſumma agnita & promiſſa videatur, modo ita comparata ſit, ut ad ſimilitudinem â qua non nihil deflexerat, facilis ſe offerat reductio, Mantica *d. l. n.* 26. Quemadmodum ea ſane in obligatione ſub conditione, vel in diem in proclivi eſt. Etſi enim interim dum dies veniat vel conditio exiſtat, 57. 58. 59.

Digitized by Google

iſtat, obligatio in ſuſpenſo eſt §. *ſub conditione* 4. *J. de V. Obl.* Ubi tamen venerit aut exſtiterit ad tempus obligationis contractæ retrotrahitur, ita ut hæc ab initio quaſi valuiſſe & ſubſtitiſſe fingatur, Dn. Hahn. *in Obſ. ad VVeſemb. de duob. reis*
60. *n. 5. vſ. Ut unus pure, alter in diem pag.* 884. Ab eo autem qui pure obligatus eſt, ſolidum peti poteſt, dum alterius dies vel conditio pendet §. *ult. J. t. l. 7. ff. eod.* Hodie autem hoc in caſu idem obſervari poterit ex Nov. 99. quod olim in fidejuſſoribus *in l. ſi plures 27. pr. ff. de Fidejuſſ.* Ut pro parte interim conveniatur reus pure obligatus, quod ſi vero die vel conditione exiſtente non ſit ſolvendo is, qui in diem vel ſub conditione obſtrictus erat, tunc in eum, qui pure promiſit reſtituatur actio add. Brunneman. *ad d. l. 7. ff. de duob. reis & ad l. 27. ff. de fidejuſſor. n.* 1. & 2. Treutacinq. *libr. 3. tit. de ſolut. reſol.* 34. *n.* 8. Mantic. *d. tit.* 3 *n.* 28. Coll. Arg *ad tit. de duob. reis theſ.* 22.
61. Dn. Struve *Exerc.* 47. *th.* 27. *poſt med.* Notandum tamen quod hoc caſu, non in omnibus perſonis pura debeat eſſe interrogatio, quia tunc, quoad eum, qui in diem vel ſub conditione reſponderet, illa vitiata, & propterea reorum conſtitutio nulla eſſet, ſed opus eſt, ut is, qui pure reſpondit, pure etiam ſit interrogatus, ſimiliter interrogatio in diem vel ſub conditione concepta fuerit oportet, ad quam talis modificata reſponſio eſt ſecuta. Ronchegall. *ad l. 7. ff. de duob. reis n.* 7.
62. Idem dicendum de duobus reis ſtipulandi, quorum uni pure, alteri in diem à debitore promitti poteſt, cum in utroque genere ſimilis ſit facienda deciſio, nulla hic obſtante diverſitatis ratione.

63. Sed quod de conditionibus dictum eſt, id ita generaliter & promiſcue nolim acceptum quippe in conditione impoſſibili locum non invenit, quæ ab initio ſtatim obligationem reddit nullam. §. *ſi impoſſibilis* 11. *J. de inutil. ſtip. l. non ſolum* 31. *ff. de ob. & A.* Dan. Möller *Semeſtr. libr.* 5. *diſſer.* 3. Secus ac
64. in ultimis voluntatibus, ubi firma manente diſpoſitione, ipſa-

ipſamet conditio impoſſibilis vitiatur, & pro non adjecta habetur, *L. 1. ff. de condit. inſtit. l. obtinuit 3. ff. de condit. & demonſtr.* Dan. Moller. *d. l. n. 1. cum plur. aliis.* Rationem hujus rei elegantem aſſignat JCtus *in d. l. 31. ff. de O. & A.* quia in 65.
ea re, inquiens, quæ ex duorum pluriumve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, quorum procul dubio in hujusmodi actu talis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment, appoſita ea conditione, quam ſciunt eſſe impoſſibilem. Cum etenim conditionis ea vis ſit, ut nihil debeatur, antequam exiſtat, impoſſibilis autem exiſtere non poſſit, contractus merito pro non celebrato habetur, præſertim cum ita contrahens præcavere potuiſſet, ne ejusmodi conditio impoſſibilis adjiceretur Vid. Magnif. Dn. Ziegler. *diſp. inaug. de conditionibus, quæ eſt inter velitationes Academ.* Dn. Richter. 35. *theſ.* 68. Diverſum vero obtinet in Teſtamentis. Teſtator 66.
enim præſumitur voluiſſe, ut firma maneat ultima voluntas potius, quam ut attendatur conditio, à ſe mortis cogitatione perturbato, ut loquitur *Imp. Juſtin. in l. hac conſultiſſima C. qui teſtam. fac. poſſ.* adſcripta, nec credendus eſt quisquam genus teſtandi eligere, ad impugnanda ſua judicia *arg. l. ſi miles 3. ff. de teſtam. milit.* Dn. Ziegler. *d. l. theſ.* 67. Parumque refert adjecta conditio natura vel jure, ſeu lege fuerit 67.
impoſſibilis quæ certe deſtinctio *ut in §. impoſſibilis 11. junct. §. quod turpi 23. J. de Inutil. ſtip.* ſatis fundata: ita quoque à Dd. vulgo recepta eſt Weſemb. *par. ff. de condit. inſtit. n. 1. ibique* Hahn. *in obſervat. p.* 390. Gödd. *de contrah. & committ. ſtip. cap.* 8. *concluſ. n.* 179. *& ſeqq. ubi quosdam diſſentientes producit, iisq. reſpondet* Dn. Struve *Exerc.* 33. *theſ.* 43. *cum plur. aliis.* Impoſſibilis autem conditio, ita demum contractum infirmat, 68.
ſi affirmative adjecta ſit, non item ſi negative, aut in non faciendo conſiſtat. *d. §. 11. J. de inutil ſtip. l. impoſſibilis 7. ff. de V. Ob ibiq. Dd.* elatio quia iſta conditio ſemper præſens eſt & neceſſaria. Si enim impoſſibile eſt aliquid facere, neceſſe eſt

 non

Digitized by Google

non Ariſtot. *de interpret. cap.* 16. Gödd. *d. cap.* 8. *n* 191. Dn. Ziegler. *d. theſ.* 68. De conditione hic quoque notandum, quod
69. non valeat contractus ſi in rei promittendi arbitrium collata ſit *L. ſtipulatio* 17. *ff. de V. Ob. L. à Titio* 108. §. 1. *ff. eod. l. ſub hac* 8. *ff. de obl. & Act. L. hac venditio* 7. *pr. ff. de contrah. emt.* conf. Cujac. *ad d. l.* 17. *ff. d. V. Ob.* Ubi diſtinguit ſatis ſubtiliter inter verba ſi volam & ſi voluero. Ratio hujus eſt, quia lex præſumit, quod promiſſor nunquam vellet, ideoque noluit valere ſtipulationem, quæ veriſimiliter nunquam ſit habitura effectum Jaſon. *ad d. L.* 17. *n.* 2. naturaque obligationis in eo conſiſtit, ut invitos adſtringat, at hic, non niſi volens ad ſolutionem adigi poſſet, unde hujusmodi ſtipulatio absque effectu eſſet Alciat. *ad d. l.* 17. *n.* 1. Gödd. *de contrah. & commit. Stip. cap.* 8. *n.* 14. Dn. Ziegl. *de Cond. theſ.* 49. Hinc ſimul apparet diſcrepantia quædam hujus, ab ea, quam fidejuſſor
70. ſuſcipit, obligatione, qui debitore principali in diem vel ſub conditione obligato, pure obligari nequit quamvis contra recte fiat. Reorum namque debendi, par eſt eademque cauſa, uterque eſt æque principalis debitor. Fidejuſſoris autem obligatio cum acceſſoria ſit duntaxat, in duriorem cauſam accipi non poteſt, etſi recte in leviorem *L. Græce* 8. §. *illud commune eſt*, 7. *ff. de fidejuſſor.* § *fidejuſſores. S. J. eod.* Weſemb. *par. ff. de Fidejuſſor. n.* 5. Gödd. *de contrah. & committ. ſtip. cap.* 6. *concl.* 24. *n.* 432. *& ſeqq.* Hering. *de Fidejuſſ. c.* 24. *n.* 42. *& ſeqq.* Dn. Struve *Exerc.* 47. *theſ.* 40. Cæterum ſi ea
71. qualitatum diſſimilitudo ſe exſerat, quæ vel ita facile, vel omnino ad ſimilitudinem revocari nequeat, veluti ſi unus dolum, alter præterea culpæ præſtationem ſuſcipiat, verius eſt non eſſe duos reos, quippe à quibus impar eſt ſuſcepta obligatio *L. eandem* 9. §. *Sed ſi quis* 1. *ff. h. t.* Ang. Aret. *ad* §. *ex*
72. *duobus J. h. t. n.* 3. *in fin.* Imparitatem vero hanc ad paritatem non ita facile reduci poſſe, vel inde in aprico eſt, quod ſecundum receptam Dd. noſtrorum traditionem, ubicun-

que

que in legibus noſtris, culpæ absque additamento aliquo mentio ſit, levis quam dicunt, veniat intelligenda, Alciat. *ad l. magna negligentia 226 ff. de V. S. n.* 2. Sturzius *ad l. contractus 23. de R. J. n.* 81. *& ſeqq.* Dn. Struvius *diſſert. de damnis ex dolo culpa caſu theſ.* 53. Tenebitur ergo dubio procul & hic ad levem, qui culpam in ſe ſuſcepit. Cum vero alteri, qui doli duntaxat præſtationi ſe adſtrinxit, nihil præter hunc, & quæ in contractibus dolo æquiparatur latam culpam ſit agniturus *d. l. magna negligentia 226 ff. de V. S.* Inde patet, qui culpam ſuſcepit, ad quid amplius teneri, quam quod ad dolum & latam culpam reduci poſſit, ideoq; ejusmodi obligationem tanquam duorum reorum, qui ad idem tenentur, & obligationem unam in ſe ſuſcipiunt non ſubſiſtere *l. in duob. reis 3. §. ubi duo 1. ff. h. t.* Alter enim hoc caſu in plus tenetur, & ſic non in idem adeóque etiam videri poſſit ſubeſſe inæqualitas objecti. Sufficit nihilominus ſpem ſubeſſe, quod imparitas ejus- 73.
modi ad paritatem reduci poſſit, licet effectus non ſequatur ut ex Bart. *ad l. ſi id quod 15. ff. h. t. in prima oppoſitione notat* Mantica *de tac. & ambig. convent. libr. 15. tit. 3. n.* 26. Qua de ſententia liberum merito cuivis relinquitur judicium. Cum primis autem hic attendendum, diverſitas ejusmodi, utrum 74.
in ipſa conſtitutione reorum ſtatim acceſſerit, an vero eidem jam patratæ demum ex poſtfacto ſupervenerit, puta, ſi culpa ab initio ab utroque ſit promiſſa, ad poſtea alteri per pactum remiſſa, quo caſu hæc obligatio manebit ſalva, ſecus ut de altero jam paulo ante monitum. Poſterior namque 75.
conventio iſta, quæ in alterius perſona interceſſit, ſtatum & naturam obligationis, qvæ duos reos fecit mutare non poteſt, ſerio monente JCt. Papin. *in l. eandem rem 9. § 1. ff. h. t.* Azo *in ſum. C. h. t. n.* 6. Donell. *C. de duob. reis cap* 4. *n.* 7. Mantic. *d. tit. 3. n. 25 vſ. ſciendum eſt etiam* Petr. Nic. Mozz. *de contract. tit. de ſtipulatione, cap. qui ſtip. poſſ. n.* 10. Initium ſcili- 76.
cet cujuslibet contractus non eventus ejusdem inſpiciendum eſt, ut inde recte colligatur, quale negotium, quisve

contractus fuerit celebratus *L. Si procuratorem in fin. pr. ff. mandati l. 1. §. idem Pomponius 13. ff. de poſit.* Gödd. *de contr. & commit. ſtip. cap. 5. Concl.* 10. 11. 12. *n.* 127.
77. Quod vero. †. dictum, eandem à duobus reis obligationem ſuſcipi, huic non adverſatur trita Philoſophorum Regula, quæ unum numero accidens, diverſis ſubjectis inhærere poſſe negat, quam optime & acutisſime more ſuo explicatam pridem dedit inſignis Philoſophus Dn. Daniel Strahl. P. M. Hoſpes olim in illuſtri Salana etiam poſt fata colendus
78. *Reg. Phil. tit. 14. reg.* 10. Etſi enim hæc obligatio in duobus reis una dicitur ab *Ulpiano in d. l. 3. ff. de duob. reis* Carpz. *libr.* 5. *tit. 8. reſp.* 91. *n.* 14. non tamen temere colligas inde eandem numero ab ipſo indigitari præſertim cum *L. 9. §. fin. ibi propria ſingulorum conſiſtat obligatio ff. h. t. §. 1. ibi in utraq. obligatione J. eod.* diverſum doceant adeo ut ſi reus promittendi alteri hæ-res exſtiterit, duas intelligatur, ſuſtinere obligationes *l. ſi. reus promittendi 13. ff. h. t. ibique* Brunneman *in comment.* Mantic. *de tacit. & ambigu convent. libr. 15. tit. 5. n. 3.* Sed
79. potius unam ſpecie, aut appellari unam fortaſſe dixeris, propter finem & effectum, aut propter unitatem objecti in obligationem deducti *d. l. 3. in fin.* Rittershuſ. *ad Nov. part. 3. cap. 6. n.* 3. Aut etiam ratione ſolutionis, qua ab uno præſtita cœteri correi liberantur ut exiſtimat Azo. *in ſumma C. h. t.* Pe-
80. retz *ibid.* 1. 6. Et licet obligationes revera plures hic ſubſint *d. l. 9. in fin. d. l. 13. ff. h. t. §. 1. Inſt. eod. l. generaliter 5 ff. de fidejuſſor.* tamen lex easdem vult unius obligationis effectum habere *§. 1. J. h. t. l. 3. §. fin. ff. eod.* Ideo quandoquidem unius loco habetur diverſitatem ejusmodi quæ ad paritatem reduci nequeat non admittit, ut paulo ante jam dictum cum ceteroquin pro una haberi jurisfictione non poſſit.
81. Idem eſt ſi ſit in quantitate inæqualitas *§. præterea 5. J. de Inutil. Stipul.* Et hic decem, ille viginti promiſerit, ibi namque cum tot ſint ſtipulationes, quod res aut ſummæ di-
[illegible] ver-

verſæ *L. ſcire debemus* 29. *ff. de V. O. ibique* Jaſon. Zaſius nec non prolixe & erudite Alciatus & Dd. commun. inæquales producunt & diſpares obligationes. Proprium autem hujus obligationis eſſe ut ad eandem rem ſinguli in ſolidum teneantur *ex l.* 3. *§. fin. h. t. monitum jam eſt.* Neque huic ſententiæ obſtat ratio JCti *in l.* 1. *§ ſtipulanti* 4. *ff. de V. O.* adducta, 82.
quod ſcilicet cum in majori ſumma minor quoque ineſſe videri queat, ad congruam ſaltim quantitatem vel ſummam, obligationem hanc valere, cum manifeſtum ſit viginti decem ineſſe, eaque vi & quantitate ſummarum, quæ ab invicem eſſentia differunt, qui enim ſtipulatus 20. ſtipulatus 10. & 10. ſive ergo 20. aut decem promittant ſemper id promittitur, quod in ſtipulationem deductum eſt, ita ut duæ quaſi ſint ſtipulationes, utilis una, altera inutilis Quin potius *§. præterea S. J. de inutil. ſtipulat.* commodam hanc accipit explicationem, nec ſimpliciter intelligendus, quaſi omnino non valeat ejusmodi ſtipulatio, ſed ex parte tantum ſit inutilis, nempe quoad excedentem ſummam. Affine 83.
huic eſt quod tradit Imp. *§.* 15. *qui exſequitur* 8. *J. de Mandat.* Ubi aſſeritur quidem quod Procurator mandati fines excedens non habeat actionem mandati, ex benigniori tamen ſententia actio usque ad ſummam promiſſam conceditur. Conf. Beſold. *in delibat. Jur. ad libr.* II. 45. *ſub n.* 8. *p.* 178. *& ſeqq.* In quæſtionem igitur venit an idem quoque in duob. 84.
reis debendi obtineat, & reſpondebitur cum Bacchov. *ad §.* 4. *J. de fidejuſſ. n.* 1. Diſtinguendo, an reorum alter de centum, alter de ducentis interrogatus ſit, an vero cum eadem centum rogaretur, ipſe ducenta ſe eſſe daturum reſponderit. Priore caſu cum in tota ſtipulatione ſit diverſitas *per d. l.* 29. *de U. O.* negabo ullo modo fieri poſſe, ut duo rei conſtituantur, cum nihil minus, quam eadem obligatio ſit introductum. Poſteriori vero caſu dixerim, aut conſiſtere 85.
conſtitutionem reorum in centum, neque ullo modo poſſe

Digitized by Google

evitari argumentum *ex d. l. 1. §. 4.* petitum conf. Schneidw. *ad §. præterea J. de inutil. ſtip. n.* 2. Frantzkius *Exerc.* 10. *quæſt.* 6. *&* Ungepaur. *Exerc.* 11. *quæſt.* 5. *per tot.* præſertim cum ejusmodi actus, commoda interpretatione, potius ut valeat, quam ut corruat juvandus ſit, aut cum ſingularia quædam in conſtitutione reorum obtineant, quæ Imperatori quoque cauſa fuit, ut peculiaribus illam titulis tam in Inſtitutionibus & Pandectis, quam Codice explicaret, teſtibus Donell. *de duob. reis cap.* 2. Bacchov. *in pr. h. t.* Et hoc videri in illis computandum.

86. Alia obligationum diverſitas eſt, quæ ex ſubſtantia harum deſcendit, ſi v. g. alter civiliter alter naturaliter tantum teneatur. Quæſtionis igitur eſt, an ſi naturaliter duntaxat obligatus, cum naturaliter & civiliter ſimul obligato concurrat, duo rei conſtituantur? quod jam negatum *ſupra cap.* 2. *n.* 89. Verum diſcedit ab hac ſententia Donell. *c. de duob. reis cap.* 4 *n.* 3. & Mantic. *de tacit. & ambig. convent. libr.* 15. *tit.* 3. *n.* 22. *& ſeqq. per l. ſi ex duobus* 12. *§. Si à Titio* 1. *ff. h. t.*

87. Cæterum nihil ſolidi inde pro affirmativa hac ſententia elici poteſt. Nam ſi accurate perpendantur poſteriora illius legis verba, *ibi Titium ſolum obligatum, Julianus ſcribit*, apparet inde, quod Julianum hoc in articulo etiam ſequatur. Venulejus quod ex limitatione ſubjecta ſatis colligitur, niſi ſervus ſpoponderit in actione peculij, quæ omnino regulam & ſententiam negantem in pupillo ſine tutoris autoritate pro-

88. mittente firmat. Cui accedit quod in præcedentibus tantum duo rei quaſi conſtitui adſerantur. Non igitur veri rei erunt, quod. Gl. quoque ad dictam vocem quaſi (mihi tit. h.) agnoſcit, tales revera reos non eſſe pronuntians. Quo etiam facit. Mantic. diſſentientis ratio quod nempe hujusmodi ſubſit inæqualitas, quæ ad paritatem reduci nequeat,

89. de qua paulo ſuperius jam dictum. Porro non obſtat, quando *ſub n.* 24. urget ſi agatur, ut duo rei promittendi fiant,

ant, & unus illorum inutiliter accedat, alter nihilominus in ſolidum obligetur *per l. his verbis 8. ff. h. t.* Quandoquidem deſtructio unius termini correlativi, licet deſtruat relationem, non tamen perinde & ſimplicem diſpoſitionem in eo, quo poteſt effectum ſuum ſortiri. Inde cum correalis obligatio, non in una duntaxat promittentis perſona ſubſiſtat, ſed ſaltem duas requirat, ſi hoc nomine vere & juridice indigitari velit, neceſſario hinc ſequitur, ſi in unius tantum perſona conſiſtat, eaque ſola obligata ſit ceſſante omnino alterius correi relatione, obligationem hanc unicam vere correalem dici non poſſe. Quanquam lectori hac de controverſia liberum ubique relinquo judicium ultra vires ingenii ingenue profeſſus tantis viris temere hic dicam ſcribere. Diverſitatem quoque locorum correorum conſtitutioni non obeſſe vulgo exiſtimatur *per l. eandem rem 9. §. cum duos reos 2. ff. h. t.* Cæterum allegatus textus id non evincit, nec ibi diverſitas locorum eſt in obligatione ſed uterque tantum Capuæ pecuniam dare promiſit, & ſic ex diverſis locis ad locum ſolutioni deſtinatum eundum erat correis. Unde etiam diſerte monet *JCtus in d. l. 9.* quod ex cujusque perſona ratio proprii temporis ſit habenda, quo citius unus altero potuerit eo venire, priusquam valide conveniri poſſit. Tempus autem ejusque ſpatium quod attinet, ita regulariter id computandum, ut in ſingulos dies viginti millia paſſuum numerentur *per l. 1. ff. Si quis caut. in jud. ſiſti l. itinere 3. pr. ff. de V. S. ibique Dd.* attamen id ita, ut ſimul ratio habeatur ætatis ſexus & valetudinis ejus, qui proficiſci debet, unde tota hæc res merito arbitrio judicis videtur eſſe committenda Ronchegall. *ad d. l. 9. §. 2. n. 11.* Quid autem in caſu diverſo dicendum ſit, ſi duo non ex diverſis ſed indiverſis locis ſe daturos promiſiſſent, puta unus Capuæ alter Epheſi, de illo notanter aſſerit Donell. *C. de duob. reis cap. 4. n. 3. poſt med.* quod diverſum ſit ſtatuendum, cum in obligationem utriusque

90. 91. 92. 93.

ve-

veniat utilitas loci *l. arbitraria 2. §. Si quis Epheſi 2. ff. de eo quod cert. loc.* eaque ipſa obligatio non ſit eadem *l. idco 3. ff. h. t.* Ut ut ergo diverſitas locorum, conſtitutionem reorum im-
94. pediat, patet tamen ſententiam hanc *ex l. 9. in fin. ff. h. t.* probari non poſſe, quod vel idcirco paucis notare volui, quia videas probationem hujus aut illius ſententiæ, identidem ex locis & textibus non genuinis peti, à quo tamen provide, quoad ejus fieri poteſt cavendum. Ulterius ad conſtitu-
95. tionem duorum reorum requiritur ut ex eadem cauſa obligatio utraque oriatur *arg. l. 9. pr. ff. h. t.* Diverſitatem namque illius duorum reorum conſtitutionem impedire ex Bart. & Caſtrenſ. recte monet Schneidwin. *ad pr. J. h. t. n. 6. conf.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. libr. 15. tit. 3 n. 19. poſt med.* Ut namque conſtitutio reorum valeat, unus requiritur
96. contractus, qui à ſeipſo non poteſt eſſe diverſus. Addit eodem loco Sncidwin. *n. 7. & 8.* Ut in ſolidum obligentur & principaliter. De priori ſane nulla poterit ſub oriri dubitatio, ut nec de poſteriori, ſi intra terminos ab ipſo Schneidwino conſtitutos ſubſiſtamus, quando unus nimirum principaliter, alter vero acceſſorie vel fidejuſſorie ſe obligaverit Mantica *d. l. 15. tit. 2. n. 11.* Quod perinde etiam in reis ſtipulandi vel credendi obtinet, Schrader. *J. h. t. n. 11. & n. 34.*

97. At ſecus eſſe volunt, ſi fidejuſſor extra terminos obligationis fidejuſſoriæ evagetur, & ſe una cum debitore principaliter obliget, quo caſu ex acceſſorio fiat principalis, & quaſi debendi correus Coler. *de P. E. part. 1. cap. 10. n. 307.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 27. part. 1. n. 80. cum mult. ſeqq.* Berlich. *part. 2. Concl. 23. n. 4. & ſeqq. & concl. 24. n. 3. & 5.* Höpping. *conſ. 2. p. 165. & 166.*

98. Sed complures ſunt interpretes, qui iſtam transformationem obligationis fidejuſſoriæ in principalem acriter inpugnant, cum certi juris ſit, quid acceſſoria obligatio in principalem non convertatur, niſi vel novatio nominatim fiat,

fiat, *juxta l. fin. C. de novat.* vel principalis, & fidejuſſor correos debendi, in ſolidum ſe diſerte conſtituant *Nov. 99.* at horum nihil fieri, quando fidejuſſor, qui vere talis eſt, pro principali debitore ſe obligat, cum neque novatio nominatim contrahatur, neque correi fiant, utpote qui non aliter conſtituantur, quam ut cauſa tempore, & in omnibus aliis ſimul ac pariter obligentur. *t. C. de duob. reis & d. Nov. 99.* Neq; diſtinctioni locum relinquunt utrum in inſtrumento uno vel diverſis hæc obligatio ſit inita, fidejuſſoriaque principalem aut præceſſerit, aut ſubſecuta ſit, quia non inſtrumenti & temporis ratio inſpicienda, ſed origo, natura, & cauſa obligationis conſideranda ſit, & licet fidejuſſor ſe eodem tempore cum debitore ut [illegible]incipalem obligaverit, nihilominus hic duæ ſubeſſe obligationes intelligantur juris poteſtate, quarum una præcedat, ſubſequatur altera *l. 1 ff. C. & J. de fidejuſſor:* Quinimo, etſi fidejuſſoria obligatio principalem ordine ſcripturæ præcedat; quod fieri poſſe *ex §. fidejuſſor: 3.* diſerte conſtat, nihilominus naturæ intellectus, & ipſius negotii ordine, omnino ſubſequatur, cum nihil aliud ſit, quam principalis obligationis ſequela *l. cuicunque 5. §. item fidejuſſori 16. ff. de inſtit: act: l. Si duo rei 93. § Sed et ſi 2. ff. de ſolut:* Videat qui volet de hac controverſia copioſe & eruditiſſime diſputantem Erneſt. Cothman. *vol: 1. Reſponſ: 22. n. 7. & ſeqq.* ubi ſententiam hanc, ut veriorem & æquiorem pluribus Dd. autoritatibus confirmat *n. 16. reſtaturq; n. 22.* ſecundum illam à facultate juridica Roſtochienſi 5. Decembr. An. 1595. eſſe reſponſum, quod latiſſime porro deducit. Idem *vol. 2. Reſpon: 76. n. 11. ſeq. & tot. Reſponſ: ſubſequente 77.* ubi ad objecta reſpondet. 99.

Verum enim vero omnis hæc acuta diſputatio ſupervacanea erit, ſi fidejuſſor ſe cum debitore ut principalem obligans, ſimul beneficio excuſſionis expreſſe renunciaverit, quod eo minus dubii habet, quia Cothmannus *Reſp. 76. n. 15.* id haut obſcure ipſemet agnoſcit his uſus verbis: Si 100.

contrahentes id egiſſent, ut fidejuſſor fieret debitor princi-
palis, utique expreſſiſſent, & vel obligationem novaſſent,
vel EXCEPTIONI EXCUSSIONIS RENUNTIAS-
SENT Id. vero cum intermiſſerint, utique non expreſſa pro
non expreſſis habeamus oportet, *l. expreſſa 195. ff. de R. J.* Quo
ſic ab ipſo Cothmanno aſſerto, dubium nullum ſupereſ-
ſe poteſt, quin accedente excuſſionis renunciatione affir-
mans ſententia longe ſit veriſſima, fidejuſſorque ceu prin-
cipalis obligatus utique pro correo ſit habendus, diſputatio-
nemque Cothmanni duntaxat ad illum caſum pertinere, ubi
renunciatio ea eſt omiſſa, qui ſane à creditore provido & vi-
gilante facillimo negotio, poſtulata renunciatione evitari
poterit.

101. Atque hæc de conſtitutione expreſſa pro inſtituti ratio-
ne dicta ſufficiant, progrediendum nunc erit ad tacitam. Illa
vero evenit, quoties equidem, ut duo fierent rei, conceptis
& directis verbis non agitur, hujusmodi tamen quid ſubeſſe,
vel ex verbis quibusdam æquipollentibus, vel aliis circum-
ſtantiis, de quibus mox ordine deprehendere licet Petr.
102. Frid. Mindan. *de contin. cauſ. libr. 3. cap. 17. n. 4.* Antea tamen
eo quam perveniatur non ſupervacanea aut inutilis erit diſ-
quiſitio, quid de undiquaque uſitatiſſima verborum formu-
la in SOLIDUM germanice, ſambt und ſonders einer vor
beyde/ und beyde vor einem/ Item unverſchieden und unzer-
trennet ſentiendum ſit, & numquid, per eam duo rei deben-
di conſtituantur. Quod equidem interpretibus communi-
103. ter placuit Modeſt. Piſtor. *part. 4. quaſt: 163. n. 10.* Jac. To-
ming. *deciſ: 47. n. 1. & 5.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. libr.
7. tit. 17. n. 2.* Prukman. *vol. 1. conſ: 7. n. 3. & conſ: 8. n. 39.* Dom.
Card. Tuſcus *tomo 4. ſub. lit. J. concl.* 201. *n. 5. & 6.* Paul. Matt.
Wehner. *in obſ: pract: ſub: lit: E. vſ.* Ein vor alle ſambt und
ſonderlich *p. 89. & p. 426* Rudinger. *ant. 4. obſ: 42.* Beſold. *in
theſ: pract: voce* unverſchiedene Bürgen Dn. Richter. *ad Auth.*

Hæc

Hoc ita C. de duob: reis n. 46. & ſeqq. Philipp. *in uſu pract: Inſt: libr: 3. Eclog. 51. n. 4. cum infinitis aliis* ut proinde à communi hac ſententia recedere velle, religio videri queat. Verum- 104.
tamen cum in ſeparatis quoque contractibus ſinguli in ſolidum ſpondere poſſint *pr. J. h. t.* nec ſufficiat, ut duo correi fiant, eos in ſolidum eſſe obligatos, ſed inſuper requiratur, ut ſuper eadem re ſeu objecto obligentur, ut ſupra hoc capite jam eſt probatum quod JCtus Papinianus *in l. reus promittendi* 11. *§. fin.* ita effert, niſi ſpoponderint, ut duo rei promittendi fierent. Accedit, quod etſi hæc propoſitio, omnes rei debendi in ſolidum tenentur ſeu obligati ſunt, veriſſima eſt, nihilominus (cum juxta Logicorum præcepta univerſaliter affirmantem ſimpliciter convertere non liceat, niſi forte bonitas materiæ id non nunquam prorſus peculiariter operetur) hæc converſa propoſitio, omnes qui in ſolidum 105.
tenentur, etiam rei debendi ſunt merito reputatur falſa. Exemplo res erit manifeſta actione de albo corrupto tenentur omnes corrumpentes vel mandantes in ſolidum, nec tamen ſufficit unum illorum pœnam luere nec ſolvens alios liberat *text: expreſſ: in l. ſi quis 7. pr. junct: §. fin: & l. ſeqq. l. adeo ff. de juriſdict:* Jaſon. *ad §. pœnales J. de Action: n. 21. & ſeqq. ibique* Zaſius *n.* 11. *&* 12. Schneidwin. *n.* 23. Oldendorp. *claſ:* 1. *act:* 3. *tit: cui adverſus quem competat n.* 2. Cum contra unius correi ſolutione ſolidi, cœteri omnes liberentur, ut ſupra jam dictum, inferius pluribus explicabitur. Unde in propatulo 106.
eſt, ex nudis verbis IN SOLIDUM ſatis firmiter colligi non poſſe, duos reos debendi eſſe conſtitutos, niſi ex concurrentibus aliis circumſtantiis, cum primis, quod res eadem promiſſa ſimul ſit, illud appareat, nec ſemper & ubique ex verbis, obligamus nos in ſolidum, plurium reorum conflari obligationem ex Ronchegall, *ad l. eandem 9. pr. n. 54. & in l. reos* 11. *§. cum tabulis* 1. *n.* 66. docet Frid. Prukman. *vol.* 1. *conſil:* 7. *n.* 30. Mevi⁹ *part. 6. deciſ:* 117. *& part. 8. deciſ.* 161. *n.* 3. Hinc non inconcinna eſt 107.

 anno-

annotatio Petr. Frid. Mindan. *in tract: de interdict: comment:*
7. 1. 96. & 97. Formulam in ſolidum dupliciter accipi, vel
enim reſpicere illam quantitatem totius debiti aut intereſſe
l. in Condictione 9. ff. de condict: furtiv. vel totam ſimul obliga-
tionem cum quodam electionis arbitrio *l. ſemper 15. §. Si in ſe-*
pulchro 2. ff. quod vi aut clam, ut fit in pluribus correis ſtipulan-
di & promittendi, quisque enim in ſolidum agere & conve-
niri poteſt. Poſteriori igitur in ſignificatu, ſi formula hæc
uſurpetur, per eam duo rei erunt conſtituti, ſin priori, neu-
tiquam. Hactenus ille.

His ita expoſitis, ut eo liquidius de tacita reorum con-
108. ſtitutione pateat. Bart. *ad l. 2. ff. h. t. n.* 4. & ex eo alii etiam
Doctores diſtinguunt utrum res in obligationem deducta, di-
vidua ſit an individua. Hæc ſive quoad ſolutionem ſimul
109. talis fuerit, (& prioris quidem exemplum videtur poni poſ-
ſe, in ſervo à duobus promiſſo, poſterioris in ſervitute ali-
qua, puta itinere, actu, via *ex l. ſtipulationum 2. §. 1. ff. de V. O.*
l. ea, quæ in partes 192 ff. de R J. ibiq. Decius & Sturcius *in com-*
110. *ment:* Sichard. *ad l. 2. C. h. t.* huc non pertinet. Licet enim hu-
jusmodi rerum individuarum promiſſores in ſolidum ſint
obligati *d. l. 2. §. 1. & 2. ff. de V. O. l. eadem decem 4. §. Cato 1.*
junct: l. ſtipulationes non dividuntur 72. in pr: ff. eod: tamen quia
id non ex pacto contrahentium, ſed ex natura rei in contra-
ctum deductæ evenit, niſi hoc expreſſe actum fuerit, duo
rei dici nequeunt Bart. *ad L. 2. n. 2. ff. & ad Auth: hoc ita C. h. t.*
Joan. de Plat. *J. de duob: reis n. 5. ibiq.* Ludolph. Schrader. *num.*
111. 31. Manric. *de tacit: & ambig: convent: libr. 17. tit. 2. n. 17.* Quin
ejusmodi promiſſores rei individuæ omnino reos debendi
non eſſe JCtus Papinianus pronuntiat *in l. rem hæreditariam*
65. vſ. quia non duo rei facti proponerentur ibique Gothofred. *in*
not: mihi lit: h. & lit. K. Brunneman *ad d. l. n. 2.* Quinimo etſi
112. expreſſe dictum ſit, quod in ſolidum tenerentur, non eſſent
duo rei, quia hoc eſſet tantum exprimere ea, quæ tacite in-
ſunt.

Digitized by Google

ſunt. Niſi expreſſe addatur, quod animo ſe conſtituendi duos reos ita promiſerint, Licet eo quoque facto, neutiquam tamen illis beneficium diviſionis competere poſſit, in ejusmodi namque individuis diviſio corrumpit ſtipulationem *l. ſtipulationes non dividuntur 72. ff. de V. O. ibiq. Dd. commun.* Dividuas res quod attinet, accurate inſpiciendum, quibus verbis negotium inter contrahentes geſtum reperiatur, aut deſcriptum. Sunt autem ea ut plurimum vel diſtributiva vel alternativa ſeu disjunctiva vel copulativa. Diſtributiva 113.
quidem ſi adjiciatur, obligationi particulæ quilibet aut ſinguli & id genus alia v. gr. Si ſtipulator dixerit. Mevi & Semproni quilibet ſive uterque veſtrum, vel ſinguli mihi decem daturos promittitis? *arg. pr. J. h. t.* Et uterque reſpondeat, ſpondeo utrique veſtrum dare diſtributio enim iſta collata ad utrumque facit, ut pro duobus reis reputentur Sichard. 114.
ad L. 2. C. h. t. n. 2. Schneidwin. *ad pr. J. h. t. n. 12.* Disjunctiva 115.
ſive alternativa ſunt hæc, Titi aut Seje dabisne decem? Si uterque ſe daturum receperit, quo caſu etiam correos fieri putandum. Ea namque disjunctivæ locutionis natura eſt, ut ad utrumque ſeparatim licet, ſuum effectum æqualiter porrigat Vid. *l. Si ex toto §. 1 ff. de legat. 1. arg. l. ſi Titio 16. ff. de legat. 2.* Sichard. & Schneidwin. *d. Loc.* conf. Ronchegall. *d. l. n. 71.* Nihilominus tamen hic requiritur, ut duo pluresve ſic in obligatione alternativa comprehenſi, omnes ſint capaces obligationis ſeu habiles, ſecus eſt, ubi in aliquem ex iis non cadit obligatio, tunc enim duo rei non conſtituuntur, ut jam dictum *cap. 2. n. 119.* aut ſi unus principaliter teneatur, alter tantum adjectus ſit Ronchegall. *d. l. n. 89.* Quinimo tacitam quoque reorum conſtitutionem induci poſſe putat Idem Ronchegall. *d. l. n. 89.* ex verbis aliis diſtributionem non continentibus, modo per ea ſignificetur quidpiam, quod proprium ſit conſtitutionis reorum, puta, ſi mentio ſit in contractu, quod ſolutio unifacta liberet debitorem ab omni-

 bus,

Digitized by Google

bus, hoc enim peculiare eſt conſtitutionis reorum *juxta l. 2. & 3. §. 1. ff. h. t.* quod itidem ad reos debendi rectiſſime applicari poteſt, ſi in contractu dicatur unius ſolutione omnes iri liberatum, ut pluribus docet Bart. *ad l. cum duo ff. h. t. vſ. ſe-*
116. *cundo quaero & ad Auth. hoc ita C. eod. §. Secundo quaero.* Qui tamen diſtinguendum monet in alternativa locutione, utrum uni tantum poſſit acquiri obligatio, tum enim alterum haberi tantum pro adjecto, nec duos eſſe credendi reos *per l. ſed etſi filio §. 1. ff. de conſt. pec.* an utrum poteſt adquiri. Hoc caſu porro diſtinguit, an electio ſit collata in voluntatem debitoris, & tunc erunt duo rei credendi *l. Si Titio aut Sejo ff. de leg. 2 add.* Ronchegall. *d. l. n. 78. & ſeqq.* aut non ſit collata in voluntatem debitoris, & tunc vitiatur ſtipulatio.

117. De locutione denique copulativa ita ſentiendum videtur, ſi Stipulator ſimpliciter dixerit, Titi & ſempronì decem daturi eſtis? obligationem in utriusque perſonam in ſolidum non eſſe inductam, ſed ab viriles portiones ſolum ſtatim ab initio quemlibet adſtringi *l. 11. §. 1. & 2 ff. h. t.* Petr. Frid. Mindan. *de contin. cauſ. libr. 3. cap. 14. n. 4. & cap. 17. n. 3.*
118. Neque vero in dubio duos reos eſſe conſtitutos exiſtimandum Bacchov. *ad Treutler. vol. 2. diſp. 27. theſ. 9. Lit. E. per l. reos 11. §. 2.* Mevius *part. 6. deciſ. 110. n. 5. & part. 8. deciſ. 161. n. 3. & ſeqq.* Franciſc. Cyriac. Niger. *libr. 1. controv. for. 198. n. 4. & ſeqq.* Ideoque ſi verba inſtrumenti (in quibus terminis loquitur l. 11. §. 1.) utramque recipiat interpretationem, quando duo rei conſtituti ſint, vel non conſtituti defendantur, poſterior magis eſt probanda Jo. de Plat. *J. h. t. n. 1.* Mantic. *de tac: & ambig. convent. l. 15. tit. 3. n. 9.* Carpz. J. F. *part. 2. conſt. 6. def. 26. n. 3. & ſeqq.* Brunneman. *ad d. l. 11. n. 6. & ad L. 2. C. eod. vſ. ſane in dubio.* Et notarius brevitatis ſtudio plures ſtipulationes conjunxiſſe credendus eſt non adverſante natura particulae ET. quae ſingulos ſeparatim contraxiſſe non negat. Hic Carpz. d. l. elegans adfert praejudicium Scabinorum

Lip-

Digitized by Google

Lipſienſium de An. 1626. in verbis jedoch dafern ſie ſich nicht in ſolidum alle vor einem/ und einer vor allen verſchrieben/ mag ein ieder ein mehrers/ als ſo viel ihme die Schuld pro rata und zu ſeinen Antheile austräget zu zahlen/ nicht angehalten werden/ B. R. W. add. Matth. Coler. *de P. E. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 381. Joann. Köppen *quaſt.* 60. *n.* 27. & latiſſime hac de re in utramque partem diſputans, pro hac vero concludens Ronchegall. *ad l.* 11. §. *Cum tabulis ff. de duob. reis n.* 2. *& ſeqq. usq.* ad *n.* 11. Rectiſſime tamen annotat Ronchegall. *d. l. n.* 13. deciſionem hujus textus fundari ſuper quadam præſumptione veri ſimilitudinis, unde fit, ut illa ſemper neceſſaria non ſit, nec omni caſu vera, ſed quod admittat probationem in contrarium, ſi forte per alias probationes conſtaret factum eſſe reorum conſtitutionem. Ad hoc igitur ut oratione etiam 119. copulativa, duo rei conſtituantur. Sichard. *ad l.* 2. *C. h. t. n.* 2. *ſub fin. ex* Angelo. Duo requirit, primo, ut ſint duæ interrogationes hoc modo Titi promittis mihi decem & tu Semproni promittis decem. Secundo, ut adjiciatur vox eadem, videlicet, tu Titi promittis mihi decem & tu Semproni promittis mihi eadem decem add. Joa. de Plat. *J. h. t. n.* 1. & Schneidwin. *ad pr. ibid. n.* 12. Cæterum ea ratione duo rei non eſſent tacitè conſtituti ſed verbis expreſſis & liquidiſſimis, ut dictum jam ſupra hoc cap *n.* 11. Et hæc de jure dig eſt: & Cod. 120. quin ita obtineant nemo temere ambigat. At de jure Novellarum ſunt, qui in dubium vocent negantes reos aliter conſtitui poſſe quam ſi expreſſe id agatur aut verba certe in ſolidum adjecta reperiantur *Auth. hoc ita C. de duob. reis ibique* Gothofred. *mihi Lit. B.* Weſemb. *par ff. eod. n.* 7. *vſ. ſed hoc noviſſimo jure* Azo *in ſumma C. h. t. n.* 10. Petr. Nic. Mozz. *de contract. de ſtip. tit. qui poſſint ſtipulari & qui non n.* 16. Gail. 2. *Obſ.* 28. *n* 6. Prukman *vol.* 1. *conſ.* 7. *n.* 31. Peretz *ad C. h. t. n.* 16. Richter. *ad d. Auth. n.* 6. Gudelin. *de jur. noviſſ. libr.* 3. *cap.* 11. Sed huic ſententiæ non pauciores ſunt, qui ſe opponunt, jus 121. anti-

Digitized by Google

antiquum hac quidem in parte, nullatenus mutatum eſſe contendentes. Bart. *ad l. 2. ff. h. t. n. 2.* Joan: de Plat. *J. h. t. n* 2. Jo: Ronchegall.*ad l. 2. de duob. reis n.* 8. *ubi contrariam ſententiam erroris incuſat.* Pract. Ferrar. *in form. lib. contra plures reos debendi vb. quilibet ipſorum. Ubi hanc ſententiam veriorem & communiorem dicit, eiq; accedit.* Alex Treutacinq. *libr.* 3. *tit. de ſolut. Reſol.* 34. *n.* 4. Bacchov. *ad Treutler. vol.* 2. *diſp.* 27. *theſ. ult. lit. E. pag.* 427. Mantic. *d. libr.* 15. *tit.* 3. *n.* 13. Carpz. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 13. *n.* 10. *& ſeqq.* Brunneman. *ad l.* 2. *ff. h. t. n.* 2. *& ad Auth. Hoc ita, C. eod. in pr.* Quotiescunque autem de juris

122. alicujus mutatione expreſſè non conſtat, evitanda quantum fieri poteſt Legum correctio. *Arg l. Si quando in pr. C. de inoff. teſt. ibiq;* Brunneman. in pr. quibus accedit etiam Lauterbach. *in Coll. Pand. manu ſcripto ad h. tit.* Ubi tamen ſimul teſtatur, quod prior ſententia in praxi ſit recepta, quam, utrum generalem, an fori forte Würtenbergici propriam velit, mihi quidem non conſtat. Præſertim cum deprehendo *in compendio, Jur. Lauterbach. quod in lucem datum à Dn. Joan. Jacob Schützen. ad h. t. p.* 1003. quod & is negativæ ſubſcribat ſenten-

123. tiæ. Interea mihi quorundam non placet reſponſio *ad d. Auth.* quaſi illa perperam ab Irnerio *ex Nov.* 99. *cap.* 1. ſit transſcripta, quippe illa tantum de ſpeciali caſu, quo duo rei ſidejuſſerunt invicem accipienda ſit, ita ut fidejuſſiſſe hi invicem non putentur, niſi id expreſſe actum fuerit, Cujac. *ad d. Nov.* 99. Peretz *ad C. h. t. n.* 16. Frantzk. *Exerc.* 10. *quaſt.* 3. *n.* 19. *& ſeqq.* Rat. Riemer *decad.* 10. *quaſt.* 7.

124. Schultz. *Synopſ. Inſt. h. t. lit. a.* Largior. quidem *Nov.* 99. generaliter de quibusvis reis debendi eſſe intelligendam (qua de re pluribus differendi commodior ſe datura eſt occaſio *ſub cap.* 8.) at inde quod volunt diverſæ ſententiæ ſectatores, eli-

125. cere non valebunt. Etſi enim ibi dicitur; *ſi ſpecialiter non convenerit debitores ex aquo ſuſtenturos eſſe onus:* Id tamen nequaquam eo pertinet, ut nec ab initio niſi expreſſe id dictum

fue-

fuerit, rei aut conſtituantur, aut in ſolidum teneantur, ſed huc tantum, ut alter in ſolidum conventus, diviſionis exceptionem opponere poſſit, iſto cum effectu conjunctam, ut actio inter reos, etſi ab initio in ſolidum obligatos, pro virilibus portionibus veniat dividenda. Quin imo exiſtimat Jo. Ronchegall. *ad l, 3. pr. ff. de duob. reis n. 31. jure vetere tacitam* 126.
reorum conſtitutionem non fuiſſe in conſideratione, cum ſemper illa de expreſſa loquantur. Et hoc ſuadere rationem, nam ex tacita conſtitutione hoc jure inſpecto, quo nova perſona interventu fiebat novatio, non fuiſſe ſublatum dubium de inducta novatio, hinc omninò opus fuiſſe expresſim de reorum conſtitutione verba facere Hodie v. facilius conſtitutionem reorum tacitam admitti poſſe, quod tacita reorum conſtitutio ſit receptior forte ex eo, quia ceſſat dubium olim proveniens occaſione tractationis novationis, qua promisſio facta ab alia perſona, de eo quod alia debebat generaliter non facit novationem, ſed opus eſt, ut ſit nominatim renunciatum priori obligationi à creditore l. fin. C. de novat.: Ultimo hic notandum quod etſi 127.
in obligationis inſtrumento, *conſtitutioni Novella de de duobus reis* ſit renunciatum, tacitam tamen correalem obligationem inde non induci, niſi ex aliis circumſtantiis conſtet, quod ſe reos debendi conſtituere voluerint. Mevius *part. 6. deciſ.* 117. *n.* 1.

CAPUT QUARTUM.

IN QUIBUS CONTRACTIBUS ET NEGOTIIS DUO REI CONSTITUANTUR SUMMÆ.

1. *In prætoriis quoque ſtipulationibus duo rei conſtituuntur & 3. ſeqq.*
5. *Etiam ex ſtipulationibus prætoriis duo rei ſtipulandi ſimul.*
6. *Quot ad ædilitias quoque extenditur.*
7. *In reliquis quoque contractibus rei conſtituuntur junct. n. 13. & 14.*

Digitized by Google

8. *Qui aque rei ſunt, ac per ſtipulationem facti junct. n. 9. & 10.*
11. *Etſi reliqui contractus in ſtipulationem non ſint deducti.*
15. *In mutuo duo rei conſtituuntur.*
16. *Nec exceptio non num. præopponi poteſt.*
17. *Diſſentit Bartolus.*
18. *Cui reſpondetur & ſeqq.*
23. *In commodato etiam conſtituuntur rei*
24. *Modo conſtet id actum eſſe.*
25. *Quo caſu actio in ſolidum contra ſingulos deatur.*
26. *Rei hic fiunt tam quoad rem commodatam quam dolum & culpam.*
27. *Si res commodata furto ſubtracta ſit, uterq; commodatarius ut reus tinetur.*
28. *In depoſito quoque rei fiunt credendi & n. 29.*
30. *In dubio ſi plures apud unum depoſuerunt res pro rata videtur depoſita.*
31. *In depoſito etiam rei debendi fiunt.*
32. *Objectio proponitur & ſolvitur.*
33. *Mulier cum marito etiam absque curatore in depoſito correa debendi fieri poteſt.*
34. *Quot præjudicio firmatur.*
35. *Et placet quoque VVibelio.*
36. *Sed diſſentit Schilter qui ad contraria Argumenta reſpondet cum ſeqq. usque ad. n. 45.*
46. *In pignore duo rei conſtituuntur.*
47. *Sed ſi de eo nihil dictum non ſunt rei*
48. *Optime hanc rem tres caſus diſtinguendo explicat Frantzkius.*
49. *Per nudam hypothecationem in ſolidum rei non fiunt.*
50. *In literarum quoque obligationibus rei conſtituuntur.*
51. *Etiam in Emtione.*
52. *Et ratione præſtandæ evictionis.*
53. *Quod ad venditionem quoque porrigitur.*

An

54. *An in emtione venditione rerum immobilium rei fieri poſſint.*
55. *Quomodo Emtores & venditores fiant rei.*
56. *Si quis rem à duobus venditoribus emit cum pacto redimendo an emtor ſi alter partem tantum predii offerat, teneatur illi partem ſuam retrovendere & n. 57.*
58. *Negativa communis Sententia ſuas patitur limitationes.*
59. *Quid juris ſi unus coemtorum alteri in ſua parte ſucceſſerit.*
60. *An alter ex venditoribus cum pacto retrovendendi ſolus abſq; conſenſu alterius pretium emtori offerre & rem venditam redimere poſſit? & n. 61.*
62. *In locatione conductione duo rei fiunt.*
63. *Secus eſt ſi diviſa ſit conductio.*
64. *Priori caſu etiam conductor qui fruitur non eſt in ſolidum conveniri poteſt.*
65. *An in Emphyteuſi duo rei conſtitui poſſint.*
66. *Quid obtineat ſi pater pro ſe & filiis ſtipulatus ſit Emphyteuſin.*
67. *Quid ſi cuivis in ſolidum Emphyteuſis ſit conceſſa.*
68. *Inveſtigatio hac ad quid conducat.*
69. *Plures mandatariis in ſolidum conſtituti inſtar reorum ſunt.*
70. *Quando hi in ſolidum conſtituti cenſeantur.*
71. *Plures mandatariis condemnati ſolvere debent pro partibus virilibus.*
72. *Diſtinguendum inter Obligationem mandatariorum erga mandantem & inter obligationem mandantis ex facto Procuratorum erga eum qui cum ipſis contraxit.*
73. *In Societate quoque duo rei conſtituuntur.*
74. *Dummodo contractus intra limites ſocietatis contractus ſubſiſtat.*
75. *Si plures Mercatores eandem exercent negotiationem an pro duobus reis reputandi? & n. 76.*
77. *Præponentes ex facto inſtitoris vel magiſtri in ſolidum tanquam correi debendi tenentur. & 78.*

79. *Rei credendi hoc pacto non ſiunt.*
80. *An plures exercitores vel inſtitores præpoſiti inter ſe pro correis ſint habendi?*
81. *An inſtitores cum præponentibus correi debendi fiant?*
82. *Socij correi aliter non fiunt, quam ſi conſtet eos tales fieri voluiſſe.*
83. *Si unus ſociorum ſocietatis nomine contraxerit, cæteri pro portionibus ratis tenentur.*
84. *Sed diſſentit Carpzovius.*
85. *Si mercatores ſocij negotientur in diverſis locis quilibet tenetur in ſolidum.*
86. *Finito tempore ſocietati præfixo unius ex ſocijs cæteros omnino non obligat.*
87. *In conſtituta quoque pecunia duo rei fiunt & n. 88.*
89. *Aſſertum diſtinctio inter debitum alienum & proprium.*
90. *An in dotis conſtitutione duo rei fiant & ſeqq. ubi negatur.*
95. *Negativa tamen hæc limitatur.*
96. *Etiam in promisſione alienarum operarium conſtitutio reorum obtinet & n. 97.*
98. *Requiruntur tamen hic eadem opera, eademque peritia & ſeqq.*
105. *An hic etiam duo rei credendi conſtitui posſint & 106.*
107. *An in promisſione operarum fidejuſſor adhiberi posſit.*
108. *An plures fidejuſſores correi ſint & ſeqq.*
113. *Etiam in ultimis voluntatibus duo rei fiunt & ſeqq.*
116. *Si ab omnibus hæredibus indiſtincte legatum ſinguli pro ratis tenentur & n. 117.*
118. *Teſtator cum creditore paciſci nequit ut hæredes ipſius in ſolidum teneantur & correi ſint.*
119. *Ratio differentiæ.*
120. *Quod in liberis etiam procedit & n. 121.*
122. *Si hæres fidei commiſſario hereditatem reſtituit, non facto inventario, creditores & Legatariis habent correos heredem & fidei commiſſarium. & 123.* Et-

124. *Etiam in quaſi contractibus rei conſtituuntur, puta in negotiorum geſtione.*

125. *Differentia inter procuratorem & negotiorum geſtorum.*

126. *Si unus gerit negotia plurium, num ei competat adverſus ſingulos in ſolidum actio negotiorum geſtorum contraria. & n. 127.*

128. *Ex tutela geſtione quoque duo rei fiunt. & 129.*

130. *Revera tamen correi non ſint.*

131. *Item obtinet in Adminiſtrationibus ærarÿ civitatis.*

132. *Etiam in diſtractu fiunt duo rei?*

133. *An ex delictis etiam fiant duo rei*

134. *Delicta pœnam corporalem irrogantia huc non pertinent.*

135. *In actionibus ex delictis civilibus diſtinguendum inter rei perſecutorias & pœnales & ſeqq. 136.*

137. *Si plures metum incuſſerint, aut dolo, quid fuerint omnes in ſolidum tenentur.*

138. *Quantumvis plures delinquentes in ſolidum teneantur, tamen id obtinet tantum, ſi omnes non ſint præſentes aut non ſolvendo, alias pro partibus tantum virilibus tenentur.*

139. *In quaſi delictis correorum obtinet figura & 140.*

141. *Prior tamen convenientius qui furtum commiſit.*

142. *Unius ſolutio alias quoque liberat.*

143. *An per legem aut ſtatutum introduci poſſit reorum conſtitutio?*

DIſputata hucusque de conſtitutione reorum pleraque ad ſtipulationem ſeu verborum obligationem pertinuerunt quo etiam jure merito referuntur ſtipulationes Prætoriæ §. *Prætoria* 2. *J. de diviſ. ſtip. t. t. ff. de ſtip. prætor. junct. l. & ſtipulatorum* 14. *ff. de duob. reis.* Ubi Gl. talem exempli gratia caſum format. *Tu & Titius ædificabatis in loco meo, nuntio vobis opus novum, vos ambo promiſiſtis mihi, quod ſi appareat male ædificatum, quod opus deſtrueretur. Num-* 1. 2.

 quid

quid facti eſtis duo rei promittendi? Reſpondeo, quod ſic, nam & prætoriarum ſtipulationum poſſunt fieri duo rei promittendi. At ve-
3. ro breviter hic notandum illationem Gloſſæ minus recte ſe habere. Etſi enim *ex d.l.* 14. expeditum eſt, in ſtipulationibus quoque prætoriis duos reos fieri poſſe, tamen male hinc infertur. Ergo in figurato quoque hoc caſu, ubi Tu & Titius conjunctim promiſiſtis de opere demoliendo duo rei facti eſtis. Ex ſuperius enim traditis notum eſt per conjunctionem copulativam reos regulariter non fieri, ſed potius obligationis diviſionem induci, præterquam ſi aliunde de diverſa contrahentium mente appareat, de qua omnino nihil hic deprehenditur. Relinquitur ergo otioſum hic à Gl. argumentum formari à poſſe ad eſſe, quod neutiquam tamen locum tueri poteſt, ceu vulgo abunde conſtat. Et diſerte tradit Ronchegall. *ad l. Et ſtipulationum* 14. *n.* 8. *ff. de*
4. *duob. reis* exigi hic omni caſu actum eſſe expreſſe, ut ſcilicet ſit facta ſolidi promiſſio, ita, ut duo rei ſint *junct. n.* 9. ubi notat *eſſe tres gradus ſtipulationum prætoriarum, aut enim cavetur ſimpliciter, & tunc intelligitur eſſe cautum pro cujusq; intereſſe, aut rata portione: aut ſimpliciter vel in ſolidum, & tunc eſt ſolidi obligatio, aut cautio interponitur, eo addito, ut ſint duo rei promittendi*
5. *vel debendi, & de hoc caſu loquitur d.l.* 14. Quod etiam recte ad reos ſtipulandi extenditur, modo certa quantitas in ſtipulatione appoſita ſit, quæ locum intereſſe ſubintrat *l. in omnibus* 6. *& l. fin. ff. de prætor ſtip.* Ronchegall. *ad d. l.* 14. *n.*7. Id tamen
6. id proclivi eſt, quod de prætoriis ſtipulationibus dictum, ad ædilitias etiam ſtipulationes eſſe porrigendum. *§. Præterea* 2. *J. de diviſ. ſtipul. junct. §. Prætorum quoq; edicta* 7. *J. d. J. N. G. & C.* Ut ex iis quoque duo rei fiant.

Minime tamen intra anguſtos ſtipulationum Cancellos,
7. reorum coercetur conſtitutio ſed ad alios quoque contractus pertinet, diſerte id teſtante J. C. Papiniano *in L. eandem* 9. *pr. ff. de duob. reis.* *Non tantum*, inquiente, *verbis ſtipulationis, ſed*

ſed & cæteris contractibus, veluti emtione venditione, Locatione, Conductione, depoſito, commodato, teſtamento, duo rei ſiunt. Weſemb. *par. ff. h. t. n.* 3. Donell. *C. de duob. reis cap.* 12. *n.* 1. Schrader. *J. eod. n.* 3. Pract. Ferrar. *in form. libell. contr. duos reos deb. verb. coram vobis n.* 2. Gomez. *Reſol. libr.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. *in fin.* Petr. Nic. Mozz. *de ſtipulatione tit. qui poſſunt ſtipulari n.* 7. Ant. Faber. *in Cod. ſuo libr.* 8. *tit.* 27 *def.* 2. *n.* 1. Mantic. *de tac. & ambig. convent. libr.* 15. *tit.* 2. *n.* 1. Rittershuſ. *ad Nov. part.* 3. *cap.* 6. *n.* 2 Petr. Frid. Mindan. *de cont. cauſ libr.* 3. *cap.* 17. *n.* 2. & 5.

Nimium igitur ſcrupuloſa videtur quorundam Doctorum 8.
ſententia opinantium, eos duntaxat proprie reos eſſe, qui ex ſtipulatione obligantur, qui autem ex aliis contractibus non æque cum JCti de iis loquentes, utantur dictionibus improprietatem involventibus *vid. Ulp. in l. Si ut certo* 5. §. *fin. inf. ibi quare duo quodam modo rei habebuntur D. commodati* item legatarii plures, quibus idem in ſolidum relictum eſt, quaſi rei à Pomponio appellantur *in l. Si ex toto* 8. §. 1. *ff. de legat.* 1. Si igitur hi quodammodo, & quaſi tantum rei ſunt, pro reis propriè dictis haberi non poterunt. *l. etenim* 9. *ff. de duob. reis*
ſatis evincit etiam per cœteros ibi recenſitos contractus iiſ- 9.
que ſimiles veros reos conſtitui, modo vel tacite vel expreſſe actum ſit, ut duo rei fiant vid. Ronchegall. *ad Rubr. de duob. reis n.* 8. *& ſeqq.* ubi aſſerit *idem eſſe judicandum de omnibus reis ex quacunque cauſa & quocunque modo conſtitutis, ita tamen recte facta ſit eorum conſtitutio & ad l.* 2. *n.* 4. conf. Id. *ad l. eandem* 9. *pr. h. t. n.* 8. *& ſeqq.* Leges proinde in contrarium adductæ de 10.
ejusmodi caſibus procul dubio exaudiendæ, in quibus conſtitutio legitima non præceſſit, nec ſatis de ea conſtat. Unde
iſti quoque Interpp. humani quid patiuntur, exiſtimantes, 11.
ex aliis contractibus, ita demum reos debendi conſtitui, ubi illi in ſtipulatum ſint deducti, quod fieri poſſe jam *in proœm. n.* 12. notatum eſt, quaſi tunc reorum conſtitutio proveniat non à contractibus ipſis, verum à ſtipulatione, in quam illi

ſunt

ſunt deducti Ronchegall. *ad l. 9. pr. ff. h. t. n.* 5. Nihil enim
12. impedimenti eſſe debet, quominus partium conventione, quemadmodum in ſtipulationibus, ita & in cœteris contractibus plures in ſolidum valide obligentur *arg. l. 1. §. Si convenit 6. ff. depoſiti* Id. *ibid. n.* 8. nec minus rei promittendi dicendi ſunt iſti, qui aliis quibuscunque modis ſolidum promittunt, etſi id non fiat verbis conceptis in ſtipulatione ad-
13 hiberi ſolitis *n.* 10. *& n.* 18. Unde manifeſtum eſt, in contractibus quoque realibus & conſenſualibus, quinimo in obligationibus literarum etiam, utpote maximam cum ſtipulatione affinitatem habentibus reos recte conſtitui. Quan-
14. quam enim JCtus emtionis venditionis commodati, depoſiti, mentionem tantum facit, minime tamen putandus eſt, reliquos, quos non recenſuit contractus voluiſſe hinc excluſos, ſed in Exemplum duntaxat aliquos fuiſſe enumeratos, ceu fortiter confirmat appoſita particula veluti, quam exemplificative uſurpari ſolitam, oſtendit Dn. Richter. *de uſu adverb. injur. ſub Lit. U. verbo veluti* 4. *p.* 821. add. Ronchegall. *ad d. l. 9. n.* 25. operæ ergo pretium erit, initio à contractibus realibus facto, paullatim ad reliquos quoque deflectere.

15. In mutuo proinde duos reos accipi poſſe evincit *L. Creditor. 2. l. propter mutuam* 4. *C. de duob. reis l. Si non ſingulis. C. ſi*
16. *cert. pet.* Ita ut Exceptio non numeratæ pecuniæ à correo convento opponi nequeat *d. l.* 4. *C. h. t. ibique* Brunneman. *in Comment.* Dn. Thomæ *Diſp. de Anargyria paſſ.* 7. *n.* 54. Cœ-
17. terum grave eſt quod tradit Bart. *ad l. 9. ff. h. t. n.* 1. *Ante Sydera de cœlo poſſe cadere, quam re obligationem contrahi, ultra id quod pervenit per l. Si decem tibi* 17. *ff. de pact.* Si autem ex mutuo duo obligentur in ſolidum, cum impoſſibile ſit, pecuniam in ſolidum ad utrumque pervenire impingeretur in prædictam regulam, obligatione tenente, etiam ultra id, quod mutuatarius accepit, conf. Ronchegall *ad rubr. ff. de duob. reis n.* 79.
18. Miſere hæc res complures Doctores habet exercitos. Reſpondent

dent enim nonnulli, ſi uni aliorum voluntate numeratum ſit, omnibus in ſolidum numerationem factam videri, perfictionem quandam juris. At regerunt ad hoc alii, per naturam impoſſibile eſſe, ut res eadem in ſolidum ad plures perveniat, quæ autem ita comparata ſunt per leges non fingi *arg. l. qui ad certum* 14. *verſ. & ideo ff. locati ibiq.* Brunnemann. *n.* 1. *conf.* Decius *in l. verum eſt* 31. *n.* 3. *ff. de R. J.* Cui nodo ſol- 19.
vendo Bartolus *in d. l.* 9. diſtinguit *inter impoſſibile in genere & in ſpecie*, cui gemina videtur illa Philoſophorum diſtinctio, quo aliud *ſimpliciter*, aliud *cum adjecto impoſſibile eſſe* dicunt. Exemplo rem illuſtrat, impoſſibile quidem eſſe ajens filius Titii, ut meus filius ſit, cum tamen in genere poſſibile ſit, me filium habere talem ejusve ætatis, ſi adoptavero filium Titii, per jus fingi, quaſi ſit meus. Similiter hic eſſe comparatum, poſſibile minime eſſe, ut in genere ad me, talis pecunia perveniat, item ad te, & ad alium, licet hoc caſu donec penes alterum ſit, fieri non poſſit, ut vel apud me, vel apud te deprehendatur. Vel quod Apoſtilla ad Bart. d. l. vult. 20.
Etſi id perſonis ſimul & ſemel conſideratis impoſſibile ſit, ſejunctim tamen iisdem conſideratis, id impedimenti ceſſaturum exemplo filii adoptivi, quem utriusque parentis & naturalis, & adoptantis junctim & ſimul conſiderati filium eſſe impoſſibile ſit, ſecus autem fore, ſi ſejunctim uterque accipiatur. Conf. Donell. *C. de duob. reis cap.* 12. *n.* 2. Mantic. *de tac. & ambig. convent. libr.* 15. *tit.* 2. *n.* 3. *&* 4. Brunnemann *ad l.* 9. *ff. h. t. n.* 2. Reſponſionibus hiſce ſuo loco relictis, brevius, 21.
& neſcio, numquid non paulo planius, etiam dici poſſe videtur, non perinde ac quibusdam exiſtimatum, impoſſibile eſſe, eandem rem duobus in ſolidum, ſed pro indiviſo tradi, quod agnoſcit quoq; Apoſtilla modo allegata. Neque hic in præjudicium debitorum ultra acceptum contrahitur, ſed ſolutio intra ſummam mutuo datam conſiſtit, vid. *L. ſi non ſinguli* 5. *C. ſi cert: pet: ibiq.* Salicetus Brunneman. *Ad l.* 4. *C. de*

duob: reis in fin: Lauterbach *in coll: π, ad h. t.* Sichard: *ad d. l. 5. n.*
4. Et per hanc legem, omnes per unum videntur accepiſſe
in ſolidum: & conſequenter in ſolidum obligari, non minus
22. quam ſi ſinguli accepiſſent. Merentur hoc adponi verb. Ron-
chegal: *d. l. n. 14. Poſſibile eſt*, inqientis, *veritate inſpecta, pe-
cuniam pluribus numerari ſolidam vel ſpeciem ſingulis tradi, ita ut
quodam ordine ad omnes pervenerit, & tandem uni ſolum dimitta-
tur, penes quem illa remaneat. Quo fit, ut quamvis eo nomine plu-
res naſcantur obligationes, ratione plurium traditionum: tamen ſtan-
te rei veritate, & unitate ſemel tantum fit exactio non pluries. Quod
ſi lex fingeret, & fictionem ipſam pro veritate aſſumeret, apud reos
omnes pecuniam aut rem permanſiſſe, conſequens foret omnes teneri,
obligatosq; eſſe, ſic ut ſolutio unica pro omnibus non ſufficeret, nec
omnes liberaret, quod tamen hic ſufficit.* Hactenus ille. In
23. commodato quoque duos reos conſtitui poſſe docet. *L. Si ut
certo 5. §. fin. ff. commodati l. 9. pr. ff. h.* Hahn. *in obſ. ad VVeſemb.
par. ff. commodat. n.* 10. *p.* 880. Magnif. Dn. Struve. *Exerc. 19.
theſ.* 9. Frantzk. *ad tit. commodat. n.* 27. Jo. Köppen. *lib. 2. obſ.
9. n. 9. in fin.* Dn. Schilter *ad Π. Exerc. 25. theſ. 23. 24. & 26.*
Dummodo id actum eſſe conſtet, & commodans omnium
24. fidem in ſolidum ſecutus ſit. At ſi is pluribus communi
periculo rem commodaverit, nec ſingulorum fidem in ſo-
lidum fuerit ſecutus; ſinguli tantum pro rata tenebuntur.
L. rem mihi 21. *§. 1 ff. commodati.* Frantzk. *d. l. n.* 28. Fr. Hotto-
25. man. *illuſtri quæſt.* 19. *poſt med.* Ita ut in ſingulis quidem com-
petat actio in ſolidum, unius tamen præſtatione reliqui libe-
rentur *L. 5. §. fin. ff. commod. l. in duobus. 3. §. 1. ff. de duob. reis l.
cum apparebit* 47 *ff. locati.* Frantzk. *ad t. commod. n.* 27. Et quam-
26. vis complures ſint, qui exiſtiment, obligationem hanc in
ſolidum ad doli & culpæ duntaxat præſtationem ſpectare,
non etiam ad obligationem principalem & reſtitutionem rei
commodatæ extendi, inter quos eſt. Mantic. *de tac. & ambig.
convent. libr. 9. tit. 4. n. 15.* Schrader. *ad J. h. t. n.* 31. Carpzov.

pars.

Digitized by Google

part. 2. conſtit. 26. def. 14. n. 2. & 3. tamen alii id rectius ad obligationem principalem & reſtitutionem rei commodatæ extendunt. Bacchov. ad Treutler. *Vol. 1. Diſp. 24. theſ. 2. lit. C.* Dn. Struvius *Exerc. 9. theſ. 9.* Dn. Schilter. *ad Π. Exerc. 25 theſ. 25.* Jo. Jacob Schütz. *in compendio jur. Lauterbach. ad tit. commod. p. 352. & ſeqq.* Esbach. *in not. & animadverſ. ad Carpz. part. 2. Conſt. 26. def. 14.* Brunneman. *ad l. 5. §. fin. ff. Commodati n. 21.*
Hinc JCtus Ulpianus infert, quod ſi res duobus commodata, 27.
ſit ſubtracta, alterque ex commodatariis furti egerit, quod alter etiam qui furti non egit, à commodante conveniri poſſit, niſi impetret ab actore, ut ſuo periculo conveniat eum, qui furti jam egit. *Vid. l. unde quæritur 7. pr. ff. commodati ibiq.* Brunneman. *in comment. n. 1.* Mejer. *in Coll. Arg. ad. tit. de duob. reis theſ. 21.*

Idem in depoſito uſu venit, ut etiam in illo duo rei poſſint conſtitui, & in ſequeſtro quidem (quod utique ſpecies 28.
depoſiti eſt) & omnino à pluribus litigantibus fieri neceſſe eſt, unusquisque in ſolidum videtur deponere, cum rem totam ſuam putet. *L. proprie 6. l. licet 17. ff. depoſiti.* Weſemb. *par. ff. h. t. n. 6.* Frantzk. *ad d. t. n. 51. & 53.* Dn. Schilter. *ad Π. Exerc. 28. §. 62.* Mozz. *de depoſ. in pr. n. 5.* At ſi duo rem non liti- 29.
gioſam depoſuerint diſtinguendum erit, an ita depoſuerint, ut vel unus tollat totum, & in ſolidum, vel pro parte tantum. Priori caſu duo rei credendi erunt, & quilibet in ſolidum poterit agere, ſecundo non item, ſed quilibet tantum agere pro parte, qua ipſius intereſt. *L. 1. §. ſed ſi duo 44. ff. depoſiti.* In dubio autem ſi plures apud unum depoſue- 30.
runt, res pro rata videtur depoſita Mantica *de tac. & ambig. Convent. libr. 10. tit. 7. n. 1.* Cardin. Tuſchus. *ſub. lit. R. Concl. 109. n. 33.* Lauterbach. *ad π. tit. depoſiti §. 2. theſ. 2.* Brunneman *ad l. 1. §. 44 ff. depoſ. n. 31. in fin.* Schütze *in compend. Jur.* Lauterbach. *ad tit. depoſ. p. 447.* E contrario, ſi una res 31.

M 2 apud

apud duos deponatur duo rei debendi fiunt & adverſus unumquemq; eorum agi poteſt, adeo ut ſi cum uno agatur, nequidem liberetur alter *per* 1. *§. ſi apud duos* 43. *ff. depoſiti ibiq.*
32. Brunneman. Cui nihil obſtat *l. cum duo* 2. *ff. de duob. reis.* Ubi unius petitione tota dicitur ſolvi obligatio. Reſponderi enim poteſt, quod ibi vox petitionis non correos debendi, ſed credendi reſpiciat. Deinde quod ſatis notum ſit non electione & petitione, ſed ſolutione ipſa correos liberari *d l.* 1. *§.* 43. *ff. depoſ. l. fin. C. de fidejuſſor.* Petitionis igitur verbum *in. d. l.* 2. cum effectu accipiendum, ut non tantum petitum, ſed etiam exactum & ſolutum ſit debitum *arg. l. perceptione* 4. *ff. de his qui dejec. l. ſi unus* 27. *§. Sed ſi Stipulatus* 6. *ff. de pactis* Jul. Pacius *in legibus conciliatis cent.* 4. *quaſt.* 78. Donell. *libr.* 16. *cap.* 25. *ibiq.* Hilliger. *lit. H.* vid. late Fr. Salgado de Samoza *in Labyrintho.*
33. *Creditor. part.* 1. *cap.* 17. *per tot.* Operoſe porro defendit Carpzov. part. 2. deciſ. 141. integra Uxorem cum marito, etiam abſq; conſenſu Curatoris, in depoſito corream debendi fieri poſſe, ſequentibus innixus argumentis. *(1.)* quod depoſitum ſolam cuſtodiam rei depoſitæ requirat, in qua parum judicii & conſilii accuratioris requiratur *l. Si ut certo* 5. *§. nunc videndum* 2. *ff. commod.* nihil ergo conſenſu curatoris hic opus, cum mulier *(2)* in depoſito falli non poſſit, unde ſequitur hic Curatorem non deſiderari, qui impediat, ne ex imbecillitate judicii decipiatur, deinde *(3)* tale proponit dilemma: Actione depoſiti contra mulierem intentata, vel doli alicujus arguitur, vel culpæ, ſi res depoſita perierit, Si poſterius fiat metuere non habet ullum periculum vel damnum, vel ſententiam condemnatoriam ad reſtituendum vel ſatis faciendum, ſive Curatoris autoritas acceſſerit ſive non, ſin vero prius, non juvabitur exceptione hac. Accedit *(4)* Quod actio depoſiti multum ſit privilegiata ut depoſitarius ſuum eo citius reciperet, igitur impingere non poſſe

ſe non mulierem, ob defectum Curatoris, reſtitutioni ſubtrahere ſe cupientem. Quam Sententiam (5) præjudicio Scabinorum Lipſienſium menſ. Septembri 1645. confirmat hiſce verbis. Dieweil aber dennoch der Schein ſub A zu- 34.
gleich auff euch alſo außdrücklich gerichtet iſt / daß ihr euch nicht allein zur reſtitution, ſondern auch zum Empfang bekeñet / ſolchen ihr auch ſimpliciter unterſchrieben / und hierzu eines Kriegiſchen Curatoris nicht nötig gehabt / So möget ihr auch die gefoderte Recognition mehr berührten Scheins noch nicht entbrechen / und werdet ſo dann neben eures Mannes Erben zur reſtitution des depoſiti, jedoch vor euch nur zur helffte billig angehalten. Cui Sententiæ favere non minus videtur 35.
Joachim Wibelius *de Contract. mulier. cap.* 3. §. 1. *n.* 19. *&* 20. ubi porro addit. Mulierem quidem per ſe & ſolam, non poſſe depoſiti cauſa ſe obligare: ut ſi maritus & Uxor ſimul faciant depoſitum, intelligantur id feciſſe pro virili, & mulierem ex cauſa depoſiti corream factam cum marito (quandoquidem ex depoſito quoq; correi fiant, *per L. eandem rem 9. ff. de duobus reis*) nec poſſe juvari juris præſumtione illa quod tota res pervenerit ad maritum *l. Si cum dotem* 22. *§. transgrediamur* 12. *ff. ſol ut matrim.*

Verum enim vero †. ab hac Carpzovii & Wibelii Sen- 36.
tentia diſcedit Dn. Schilter *ad π. Exerc.* 28. §. 51. *& aliquot ſeqq.* ubi ad argumenta proxime adducta ſimul reſpondet, & quidem ad primum, quod id ex textu adducto nihil accipiat firmamenti, utpote in quo nihil aliud aſſeritur, quam dolum non levem culpam à commodatario præſtari, adeoque diligentiæ ſummum gradum adhiberi neceſſum non ſit, ſed diligentiam dumtaxat bonis patribusfamilias conſuetam. Deinde cum faciliores ſunt mulieres ad ſe obligandum *l.* 4. 37.
infra ff. ad S. C. Vellei. & fieri poſſit, ut mulieres, aut ſe offerendo, aut aliter ſe gerendo, ad majorem aliquam diligenti-
 am

am ſe obligaſſe deprehendantur, quam regulariter adhiberi oportuiſſet, maxime ſane in depoſito quoque contrahendo, conſilio curatorio indigere. Quin imo cum nec propter ſolum conſilium & judicium requiratur curator, ſed etiam propter Conſenſum & voluntatem ſupplendum, conſequens eſt mulierem ſemiplene tantum abſque Curatore in contra-

38 ctibus conſenſiſſe. In ſecundo argumento nec propoſitio nec aſſumtio certa conſtat ratione, Cum de pupillo quoque ſic quisquam poſſit aſſumere, quod & hic in depoſito falli nequeat, proindeque ſine autoritate tutoris valide ex depoſito obligetur, qui tamen ex contractu ſuo non obligatur ad reſtituendum, ſed tantum ex commiſſo dolo ſuo aut locupletatione ſui *l. 1. §. an in pupillum 15. ff. depoſiti.* Imo quæſtio hic non eſt an mulier falli non poſſit, ſed an obligari. Nec admiſſa hactenus ea hypotheſis, quod mulier ſine Curatore valide obligetur in contractibus in quibus falli nequit; ne qui ſint iſti hactenus determinati, imo verius mulierem etiam

39 in depoſito falli poſſe. Dilemma propoſitum vitio laborat nec enim in caſu â Carpzovio propoſito aut ex dolo aut culpa actio intentata, ſed ex contractu ſolo, & ex ſuſceptione communi cum marito facta, Unde hoc tantum quæritur an contractus hic de jure ſubſiſtat & actionem efficacem pariat, et-

40 iam nec dolus nec culpa allegetur. Ad quartum Argumentum negari quidem nequit, quod mulier eo ipſo, ſi reſtitutione rei depoſitæ quam habet, ſe ſubtrahere velit, in dolo ſit, eoque facere incipiat, ſi eam reddere renuit *l. ſi quis 13. ff. depoſiti* At in caſu præſenti res depoſita in hereditate non eſt reperta nec mulier heres facta, nec dolus & culpa ejus aut allegata aut probata. Rationes ergo in præjudicio ad-

41 ductæ daß der Schein zugleich mit auf Sie gerichtet/ uñ Sie ſich nicht allein zur Reſtitution, ſondern auch zum Empfang bekeñet/ non ſufficiunt, cum non ſe ſolam ſed cum marito & quidem

 abs-

Digitized by Google

abſque Curatore obligaverit, quod jure non probatum, niſi probetur res ad eam perveniſſe, aut in ejus Utilitatem eſſe verſa *per Auth ſi qua mulier C. ad S. C. Vellej.* ad quod confeſſio in ejusmodi inſtrumento facta omnino non ſufficit. *Gail. lib. 2. obſ.* 89. Hypotheſis Wibelii quod mulier ſe ſola ex depoſito 42.
obligare nequeat, cum marito poſſit, hactenus recepta non eſt nec *l. 9. ff. de duob. reis* quidquam juvatur, cum de Uxore ibi altiſſimum ſit ſilentium. Denegatæ mulieri præſumtio- 43.
nis, quod tota res ad maritum pervenerit, hanc rationem aſſignat Wibelius, *quod ea locum tantum habeat, cum agitur de pecunia aut alia re, de qua diſponendi arbitrium translatum eſt in utrumque quia tunc præſumitur res perveniſſe ad potentiorem, quod hic non contingit cum tam marito quam Uxori interdictum ne re depoſita utantur.* Sed reſpondet ad eam Schilterus *d. l. §.* 58. di- 44.
ſtinctionem hanc an diſponendi arbitrium ſit translatum in utrumque vel non fundamentum non habere, cum nec in mutuo, nec in aliis contractibus diſponendi arbitrium in utrumque transferatur, ſed in maritum, niſi conjuges habeant bonorum communionem, deinde negat conſecutionem, diſponendi arbitrium translatum eſt in utrumque. Q. res præſumitur perveniſſe in potentiorem contra potius ſequi ſtatuens, quod quoties diſponendi arbitrium non transferatur in utrumque tunc in maritum translatum & res eo perveniſſe præſumatur quia Uxor acceſſorie cum marito obligari intelligatur. Denique conſequentiam hanc improbat 45.
Marito & Uxori interdictum eſt, ne re depoſita utantur, igitur nullum diſponendi arbitrium eſt penes depoſitarios. Cum ſaltem cuſtodiæ modus ad diſponendi arbitrium pertineat maxime in tumultu & tempore bellico, de quo caſus propoſitus tractavit, ut omnino hic præſumendum ſit, maritum depoſitum & ſuſcepiſſe ad ſe & de eo cuſtodiendo diſponendi arbitrium ab Uxore ipſi ſoli eſſe relictum. Prolixe

ſatis

ſatis hæc verbis ferme autorum diſſidentium in gratiam lectoris adſcribere placuit, ut ſi quando ejusmodi caſus denuo emerſerit, is ex propoſitis æſtimare poſſit, utra ſententia firmior ſit & potior.

46. Supereſt ex contractibus realibus pignus, ubi diſpiciendum, an in illo quoque rei conſtituantur, quod affirmandum videtur, ſi debitor eandem rem duobus pignoravit, utriusq; fidem in ſolidum ſecutus, ut jam in commodato & depoſito dictum *per. l. Si debitor* 10. *ff. de pignor. & hypoth.* ad hunc ſc. effectum, ut uterque cui res pignori data, adverſus tertium quemlibet, in ſolidum posſit agere, inter illos vero melior ſit conditio posſidentis ſ. accipientis *d. l.* 10. Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. de duob. reis n.* 280. Petr. Nic. Mozz. *tract. de pignor. & hyp.*

47. *tit. de natur. pignor. n.* 20. Si autem de conſtitutione ſolidi nihil conſtet dicendum eſt, ſi ſimul eodemque tempore id factum competere cuiq; creditori pro parte l. aliena 20. §. 1. ff. de pignorat. act. l. ſi fundus 16. §. Si duo 8 ff. de pign. & hypoth. niſi conſtet de hora aut momento temporis, quo alteri facta ſit hypothecatio, tunc enim qui prior tempore, potior jure Gail. *libr.* 2. *obſ.* 25. *n.* 3. Dan. Möller. Semeſtr. -- *libr.* 3. *cap.* 44. *n.* 12. cum infin. aliis. Generaliter enim in diſpoſitione plures perſonas comprehendente, de virili parte in perſonis cujusque ſit interpretatio *l. reos* 11. *§. cum tabulis* 1. *ff. h. t.*

48. conf. Ronchegall. *modo cit. loc.* Optime vero Frantzk. *ad tit. ff. qui poti in pign. n.* 13. *& ſeqq.* tres caſus hic videtur diſtinguere aut enim una res omnibus eſt hypotecata in ſolidum uno die, aut in partes æquales, aut ſimpliciter. Primo caſu ſinguli adverſus extraneos agunt in ſolidum, inter ipſos vero potior qui poſſidet, ut paulo ante dictum. Secundo caſu ſinguli pro dimidia vel rata parte agunt. Tertio denique caſu agunt pro quantitate debiti, quem ſequitur etiam Brunne-

49. man. *ad l.* 16. §. 8. *ff. de pign. & hypoth: n.* 18. Monet tamen Ronchegall. *ad d. l. n.* 283. quod licet res in ſolidum ſit hypotheca-

ta,

ta, non tamen per hoc ſolum induci conſtitutionem correalem, ſed neceſſarium eſſe hoc ultimum expreſſè actum eſſe, etſi enim verum, quod correi omnes in ſolidum teneantur: tamen inde non ſequitur omnes, qui in ſolidum debent eſſe correos, ut jam notatum *cap. 3. n.* 104.

Succedit contractibus realibus juxta ordinem inſt. verborum obligatio, de qua jam cap. 3. integro abunde actum, cui poſtea ſuccedit obligatio literarum, de qua ibid. peculiari tit. agit Imp. quæ quandoquidem loco verborum ſuccedit ſcriptura, ſtipulationi admodum cognata eſt, unde recte inferri videtur, quod quemadmodum ſtipulatione ita quoq; & per literarum obligationem duo rei conſtitui poſſint. Sufficiet ergo hac de re duntaxat Ronchegalli verba *ad l. 9. pr. ff. de duob. reis n.* 288. ſubnectere. *Si duos*, inquit ille, *per chirographum obligavero, utriusq; fidem in ſolidum ſecutus, fiunt illi duo rei promittendi, & quatenus legitime obligantur, ſubjiciuntur diſpoſitionibus Jurium quæ de reis debendi pluribus verba faciunt. Rurſus ſi duobus literis aut ſcriptura ſit idem promiſſum hoc acto, ut fierent duo rei credendi, erit tunc reorum conſtitutio, quia etiam per ſtipulationem, cui ſimilis eſt hac ſcriptura fit activa & paſſiva reorum conſtitutio. Quam ob rem quoad hunc contractum, in eo quod nunc quærimus dicendum eſt per omnia, ut in tractatione ſtipulationum ſuperius dictum eſt.* Hæc ille. Quæ ſummatim illi tantum propoſita, alias ubique ſatis diffuſo, cum ipſi ſuffecerint, nemo mihi quoq; vitio vertet, ſi & ego in illis nunc ſubſiſtam. 50

In contractibus conſenſualibus, de conſtitutione reorum idem dicendum eſt *d. l. 9. pr. ff. h. t.* hinc in venditione ædium pluribus facta, ſi venditor pactus fuerit, ut ſinguli in ſolidum teneantur, daß einer für den andern ſtehe/ Er könne oder wolle nicht ihrer jeden inſonderheit nachlauffen / Emtores erunt rei debendi Sichard. *ad rubr. C. h. t. n.* 2. Ex diverſo conſtat, plures unius rei venditores in ſolidum & pro indiviſo de cautione pro evictione obligari & correos conſtitui Gail. 51 52

libr. 2 *Obſ.* 14. *n.* 1. *& ſeqq.* Carpzov. *part.* 2. *Conſt.* 34. *def.* 29. Caballin. *tract. de Evict ion.* §. 3. *n.* 133. *& ſeqq.* Brunneman. *ad l. cum ex cauſa* 139. *ff. de V. O. n.* 2. Nic. Burgund. *de Evict. cap.* 51. quod tamen ita demum procedere alii aſſerunt, ſi de eo expreſſe convenerint, non vero, ſi id neglectum ſit. Jo. Petr. Surdus *Conſil.* 271. *n.* 60. *& ſeqq.* Græveus. *libr.* 2. *Concl.* 14. *n.* 2. Frantzk. *in Comment. ad tit. de Evict. n.* 197. *& ſeqq.* Sciendum
53. hic id quod de emtione dicitur, ad venditionem quoque eſſe porrigendum, cum correlativa ſint quorum natura hoc ita exigit *l. Julianus* 13. §. *Si procurator* 25. *in fin. ff. de act. emt. l. fin. pr. C. de indict. vid. toll. l. fin. ff. de acceptil.* Niſi forte horum evidens perſpiciatur diverſitas Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. h. t. n.* 43. Nic. Everhard. à Middelburg. *in Top. legal. loc.* 20. *n.* 3. *& ſeqq.* Unde patet ſi eandem rem à duobus pariter emerim, utriuſque fidem in ſolidum ſecutus, fiunt venditores duo promittendi rei, perindeq; eſt, ac ſi ab unoquoq; eorum rem ſolidam emiſſem, ad hunc effectum, ut quilibet illorum teneatur rem totam venditam mihi tradere *l.* 1. *l. ex emto* 11. *pr. ff. de act. emti arg: l. cum apparebit* 47. *ff. locati.* Viciſſim ego teneor ſolvere ſolidum pretium venditori cuilibet, ſolutione tamen uni facta, ab altero liberor. *per l.* 2. *&* 3. *ff. h. t.* Ronche-
54. gall. *d. l. n.* 44. *&* 45. Videri equidem poterat in emtione venditione rerum immobilium correos emendi & vendendi conſtitui non poſſe, ob rerum ejusmodi individuitatem, quæ correos fieri non admittit, ut jam oſtenſum *cap.* 3. *n.* 108. Cæterum eo non obſtante verius eſt hic reos conſtitui poſſe, & hoc non utile tantum, ſed fere neceſſarium etiam eſſe, propter effectus modo relatos, qui aliàs non haberent locum. Ronchegall. *d. l. n.* 49. *& ſeqq.* Deinde etſi in re individua correi regulariter non conſtituantur: attamen d. n. 108. jam notatum, contrarium fieri poſſe, ſi id expreſſe actum ſit, quin imo Ronchegall. *d. l. n.* 49. aſſerit *non eſſe verum dicere contra-*
55. *ctum hujusmodi revera naturam & vim habere individui.* Tunc

verò

verò duo emtores aut venditores exiſtimantur correi, ubi ſe obligant in ſolidum ad tradendum aliquid, quemadmodum illi tenentur *juxta l. ex emto* 11. *in pr. ff. de act: emti* Ronchegall. *d. l. n.* 53. *& ſeqq.* ubi docet, *quod ſola ſolidi adjectio non ſufficiat, ſed pleniſſima habeatur reorum conſtitutio. Si addatur præterea, ita ſolidum eos promiſiſſe, ut plures rei promittendi fierent.*

Cum verò emtioni ſæpiùs adjici ſoleat pactum, de retro- 56. vendendo, inſpiciendum erit, quid juris, ſi quis rem à duobus venditoribus correis emit, hoc nominatim acto, ut liceat iis illam intra certum tempus redimere, an alter ex ejusmodi venditoribus ſi partem ſuam dimidiam duntaxat offerat, huic emtor cogatur partem prædii dimidiam retrovendere? reliquam verò pro reſiduo pretii ſibi retinere? quod affirmat quidem Ronchegall. *ad d. l. 9. n.* 63. addit tamen negativam eſſe communem, eamq; pluribus rationibus adſtruit, *ibid: & multis ſeqq.* ubi tamen ad ſingula pro eadem adducta argumenta prolixè reſpondet, tandemque n. 75. in fine infert, *quod cum Dd. illam adſtruentium auctoritas, pendeat à rationibus ante relatis, quæ neceſſariò tamen illam non juvent, conſequens ſit, ſententiam multorum quamvis ſuffragiis munitam non ſubſiſtere,* ſtatim verò *n.* 76. *& ſeqq.* pro affirmativa ſententia plura argumenta cumulat. Tandem verò *n.* 83. concludit, *non eſſe à communi negativâ ſententia recedendum, cum tantorum patrum ſuffragiis ſit munita, potiſſimum cum æquior ſit, & validioribus ſubnixa rationibus quarum omnium hæc ipſi ſemper potiſſima ſit viſa.* Nam 57. quamvis verum dici posſit, hic agi de obligatione ejus rei, quæ ſua natura ſit dividua, ſic ut pro parte rectè, ſi id contrahentes velint, posſit eſſe in obligatione, petitione & ſolutione: tamen ubi eſt facta promisſio ſimpliciter, & nihil de partibus actum, cenſendum erit individuum non natura, ſed per accidens, eſſe in obligatione, adeo ut pars rei rectè præſtari nequeat, quia tunc fieret adverſus mentem contrahentis, qui de toto cogitaverat, cujus exiſtimationi non ſatis factum,

N 2 nec

nec id ſatis rationi convenit, quia plerumque non eſt tanta utilitas, vel perfectio in parte *l. in exſecutione 85. pr. ff. de V. O.* & quæ porro ibi ſubjungit d. Auctor, qui *n.87. Conſtituamus, inquit, nos itaq; regulam hujusmodi, non cogi emtorem partem reſtituere*
58. *reſtituta parte pretii &c.* Quæ tamen regula ſuas patitur limitationes, & primo quidem, ſi in contractu retrovendendi ſint verba aliqua, quibus aliquo modo ſignificetur, id egiſſe partes, ut admittatur partis unius recuperatio Ronchegall. *d. l. n. 88. & 89.* Deinde & ſecundo limitatur, ubi rei unius venditio facta eſt à pluribus ſeparatim hoc eſt diverſis pretiis Id. *ibid. n. 91.* Tertio limitatur, ſi unius tantum eſt, qui à pluribus venditoribus rem ſub hoc retrovenditionis pacto emit, aliud dicendum, ſi plures emant ſimul rem, ab uno duntaxat venditore, cum eodem pacto retrovendendi, quo in caſu videtur utique permittendum, ut pars ab hoc vel illo emtore redimatur, quia ex pacto ipſo unusquisq; emtorum tenetur viriliter pro ſua parte Id. *ibid: n. 92.* quod tamen ibidem notanter limitat, ſi forte res à duobus emta ſit uno pretio, ut illam tanquam ſocii communem inter ſe habeant, & interſit cujuslibet eorum, ſaltem affectionis ratione, magis habere alium emtorem ſocium in re communi, quam venditorem ipſum, cum alias forte unusquisq; emtorum, non fuiſſet emturus partem, quam eſſet habiturus communem cum ipſo
59. venditore. Hoc verò ad eum caſum minime extendendum, ſi forte unus coemtorum alteri in parte ſua ſucceſſerit Ronchegall. *d. l. n. 39.* cum ejusmodi ſucceſſio obligationes has non confundat, ut docetur cap. 9. n. Negativæ huic ſententiæ ſubſcribunt quoque Hartman. Hartmanni *libr. 2. tit. 22. obſ. 4. n. 14.* Jo. Schneidwin. *ad §. actionum 28. J. de action. n. 19.* Andr. Tiraquell. *de retract. conſangv. §. 23. gl. 1. n. 8. & ſeqq.* Andr. Fachin. *libr. 2. contrar. cap. 20. in pr.* Berlich. *part. 2. concl. 2. n. 31.* Carpzov. *part. 2. conſt. 1. def. 11. n. 1.* Treutler. *vol. 1. Diſp. 28. theſ. 12. lit. C.* Richter. *ad l. C. de pact. int. emt. & vend. n. 66.*

n. 66. *& ſeqq.* ubi tamen limitat *n.* 69. niſi ſuam portionem ſuo nomine ab alterius partem mandatario nomine repetat, quo caſu ſit audiendus *per l. plane* 3 *ff. famil. hercisc.*

Expedita ſic quæſtione præcedente aliam in caſu conver- 60.
ſo adgreditur Ronchegall. *d. l. n.* 96. *& ſeqq.* An alter ex venditoribus virtute pacti de retro emendo ſolus absq; conſenſu alterius, offerat omnem pecuniam emtori, quo rem totam conſequatur; utrum is ſit audiendus, poſſitque compellere emtorem, ad rei totius reſtitutionem? quam in utramq; partem latè diſcutit *usq; ad n.* 114. in cujus pr. teſtatur *veriſsimè dictum eſſe, quod affirmativa ſententia ſit pro communi habenda, nihilominus tamen ſubjungit ſi veritatem ſequi velimus, negativam potius amplectendam eſſe, ut emtor non cogatur retrovendere rem uni tantum*, quæ tamen etiam ſuas patiatur limitationes. *Primò* ubi is qui rem habet, teneatur tantum ad tradendum, quia tunc cum ſit obligatio individua, unusquisq; pro ſolido agere & totum redimere poterit. *Secundò* ſi quis cogatur vendere pluribus ex legis diſpoſitione, nam verba legis verificantur etiam in uno tantum. *Tertiò* ſi agatur de re mobili individua. *Quartò* ubi aliquo modo eſt actum à contrahentibus ut unus totam rem, dando totum pretium redimere poſſit, quod provenit ab obligatione ſolidi introducta verbis ad id aptis, ut ſi dictum ſit promitto cuilibet veſtrum rem reſtituere, nam, tunc erunt duo rei credendi, ſic ut ſit locus præventioni vel præoccupationi. *Quintò* ubi certum eſt, alterum ex venditoribus nolle redimere ſuam portionem Ronchegall. *d. l. n.* 115. *& aliquot ſeqq.* Veruntamen affirmativam 61.
communem amplectuntur Tiraquell. *de retr. conſangv.* §. 1. *gl.* 6. *n.* 33. *& ſeqq* ubi 20. April. 1548. in Curia Pariſienſi ita judicatum teſtatur Jo. Sneidwin. *ad d.* §. 28. *J. de act. n.* 20. Card. Tuſcus *tom:* 6. *pract. concl. lit: P. concl:* 28. *n.* 1. *& ſeqq.* Fachin. *d. cap.* 2. *per tot.* Berlich. *part:* 2. *concl:* 2. *n.* 32. *&* 33. ubi monet tutius eſſe ad omnem dubitationem amovendam, ut ſocius,

 qui

qui totum pretium offert, & integram rem redimere vult, offerat cautionem, de parte ſua alteri convenditori reſtituenda add. Carpz. *d. l. n. 3. & ſeqq. ubi adfert præjudicium Menſ: Auguſt: Anno* 1629. Iſt der eine Verkäuffer ſich des Wiederkauffs zu gebrauchen/und die Ländereÿ wiederum an ſich zu löſen gemeinet. Da nun derſelbe die gantze Kauff-Summa vollſtändig erlegen/und wegen ſeiner Mitt-Erben (Mitt-Verkäuffer) daß er auch gegen ſie vertreten/ und Schade-loß halten wolle/ gnugſahme caution beſtellen würde ꝛc. So ſeyd ihr ihnen die erkaufften Gühter wiederum abzutreten und einzureumen ſchuldig/ und ihr habt euch dawieder beſtändiger Weiſe nicht zu behelffen quam opinionem veriorem dicit quoque Esbach. ad Carpz. *d. def.* 11. *n.* 3. *in fin:*

62. Cumque locatio conductio proxima ſit emtioni venditioni, iisdemq; juris regulis conſiſtat, *l. locatio* 2 *ff. locati pr. J. de locat. conduct:* dubitari vix poterit in ea quoque duos reos conſtitui poſſe, præſertim, cum clariſſimis id legibus reperiatur eſſe ſancitum *vid. l.* 9. *pr ff. de duob: reis l. item quæritur* 13. § *duo rei* 9. *l. cum apparebit* 47. *ff. locati l. Si diviſa* 13. *C: eod:* Si modo in ſolidum ſe reos conſtituerint, ceu id ex allegatis textibus manifeſtum eſt, ita ut in facultate locatoris ſit, eligere unum ex contrahentibus, quem ad totam penſionem conveniat, modo ſit paratus cedere actiones ſibi competentes ſol-
63. venti proportione ſolventis *d. l.* 47. *ff.* locati. Secus erit ſi diviſa ſit conductio, & nihil actum ſit de ſolidi obligatione, tunc enim pro partibus virilibus tenebuntur duntaxat *d. l.* 13. *C. de loc. conduct. in pr. ibiq.* Brunneman. Jo. Ronchegall *ad d. l.*
64. 9. *n.* 122. Adeo verò in caſu priori obtinet reorum conſtitutio, ut is quoque conductor qui fruitus non eſt, poſſit prior & inſolidum conveniri, niſi eo in ſuo novam conventionem fecerit locator cum correo Ant. Faber *in C. ſuo libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 11. aut beneficio diviſionis renuntiaverint *Id. d. l.* Freyer *de ſolut. cap.* 2. *n.* 17. unde rectiſſimè hoc deducitur conſectarium,

Digitized by Google

um, ut ſolutio unius rei alterum non liberet tantum quoad penſionem præſtandam, ſed & quatenus rem ipſam locatam vel conductam, efficit, ut quisque conductorum teneatur in ſolidum ad rei conductæ reſtitutionem.

Cumque locationi non minùs, quàm emtioni maximè affinis ſit Emphyteuſis, etſi eidem propria ſit conſtituta natura ſuis pactionibus fulcienda *§. adeo autem* 3. *J. de locat.* non abs re erit paucis diſpicere, an in Emphyteuſi quoq; duo rei conſtitui poſſint? Qua de re hujusmodi regulam format Ronchegall. *ad d. l. 9. pr. n.* 128. ubi à Domino facta conceſſio ejusdem rei ſimpliciter in Emphyteuſin pluribus intelligitur facta ſingulis comprehenſis in inveſtitura pro partibus virilibus *arg. l. reos* 11. *§. cum tabulis* 1. *ff. h. t. l.* 1. *C. ſi plur. una ſent. cum ſimil.* Hinc ſi aliquis ſtipuletur Emphyteuſin pro ſe & uxore, ſecuta uxoris rati habitione acquiritur utriq; pars dimidia, quam ob rem omne quod eſt ſolvendum ab ipſis Emphyteuticariis pluribus diſtribuitur per portiones viriles Ronchegall *ibid. n.* 129. Aliud dicendum foret, ſi quis ſtipulatus eſt emphyteuſin pro ſe & filiis ſuis, nam tunc non dividitur emphyteuſis inter patrem & filios, ſed intelligitur ordine ſucceſſivo, ut in ſolidum pertineat ad patrem, eo vivente, poſtea vero ad filios tranſeat, ut ſit veluti quædam mortis cauſa capio. Natura enim emphyteuſis hoc expoſtulat, quæ ordine quodam ſucceſſivo vadit ad filios eorum, quibus conceditur propter ordinem charitatis, qui incipere dicitur à ſe ipſo vid. Bald. *in l. Si mulieri ff. de uſufr. accreſcend.* Ronchegall. *d. l. n.* 129. Diverſum erit, ſi inveſtitura ſit facta cuilibet in illa comprehenſorum in ſolidum, vel additis verbis æquipollentibus, ut ſi ſit cuilibet eorum facta, nam tunc perinde eſt, ac ſi dictum foret cuilibet in ſolidum vigore dictionis diſtributivæ cuilibet, per quam actus attribuitur ſingulis in diſpoſitione comprehenſis *Id. ibid. n.* 130. quo caſu quilibet ipſorum in totum obligatur, occaſione ſolutionis annuæ. Quæ inveſtigatio diver-

(Margin numbers: 65. beside "Cumque locationi…"; 66. beside "Aliud dicendum foret…"; 67. beside "Diverſum erit…")

diverſitatis conceſſionum vel ſimpliciter vel in ſolidum facta-rum, ad id potiſſimum facit, & forſan neceſſaria eſt, ut ſcia-mus utrum deficiente emphyteuſi in perſona unius ex com-prehenſis in conceſſione, illius portio remaneat penes alios vel ad Dominum concedentem revertatur. In ſimplici e-nim conceſſione ex vera & communi ſententia, non habet locum jus accreſcendi quatenus ad alios, ubi autem eſt facta in ſolidum vel expreſſe vel tacite, finita tamen quatenus ad unum, ejus portio non revertitur ad concedentem, ſed ad a-lios pervenit jure non decreſcendi vid. Ronchegall. *d. l. n.* 131. in quæ pluribus inquirere nec hujus loci nec inſtituti mei eſt.
69. Sic mandatarii plures ſeu procuratores erunt inſtar duorum reorum *L. creditor.* 60. *§. duobus* 2. *ff. mandati.* Dixi inſtar du-orum reorum, quia hæc obligatio non ex pacto tacito vel ex-preſſo contrahentium, ſed ratione officii quod adminiſtrant, evenit, & tunc rei debendi proprie dici nequeunt, etiamſi his in multis comparentur poſt Bart. *ad l. eandem* 9. *pr. ff. h. t. n.* 7. *& ad Auth. Hoc ita C. eod. n.* 10. Ronchegall. *ad d. l.* 9. *n.* 237. *& mult. ſeqq.* Brunneman. *ad d. l* 6. *ff. mandati n.* 4. Schrader.
70. *J. h. t. n.* 29. An vero & quomodo Procuratores vel manda-tarii duo in ſolidum conſtituti videantur per octo caſus for-mato exponit Mantic: *de tac: & ambig: convent. libr.* 7. *tit.* 17. *per tot:* quos in lectoris gratiam breviter ſubjicere placet. Pri-mus eſt, ſi ſint ſimpliciter conſtituti, & tunc unus ſine alio non debet admitti. Secundus, ſi expreſſe in ſolidum ſint conſtituti, & tunc inſtar reorum ſunt, ita ut melior exſiſtat conditio præoccupantis. Tertius, ſi Titius & Sejus uterque procurator ſit conſtitutus, ubi idem quod in ſecundo caſu obtinet. Eadem quarti ratio eſt, ſi plures & quilibet eorum ſint conſtituti. Quintus, ſi adiecta ſit clauſula, quod pro-mittens ratum habiturus ſit quidquid à pluribus procurato-ribus vel aliquo eorum fuerit geſtum. Sextus caſus dubius eſt, ſi nempe plures procuratores, cum libera ſint conſtituti.
Etſi

Etſi enim aliqui illos pro in ſolidum conſtitutis habeant: ta-
men negativa ſententia verior eſt. Septimus caſus eſt, ſi
plures ſint conſtituti procuratores in cauſis ſpiritualibus, &
octavus, ſi in beneficialibus quibus etiam in ſolidum conſti-
tuti videntur. Adhibenda tamen hic iterum diſtinctio inter
factum commune & ſingulare, *L. cum alicui 26. ff. de negot. geſt.*
Etſi vero plures mandatarii tenentur in ſolidum, lata tamen 71.
ſententia condemnatoria conveniri & ſolvere debent pro
partibus virilibus per tradita Gail. *libr. 2. obſ. 14. n. 5. in fin.* Mi- 72.
nime autem hic confundenda eſt obligatio ipſorum manda-
tariorum erga mandantem, cum obligatione mandantis ex
facto illorum procuratorum erga eum, qui cum ipſis contra-
xit. Tum enim intereſt, utrum mandans ſingulis in ſolidum
commiſerit negotium, an univerſis. Si ſingulis ex ſingulorum
facto tenebitur, ſi univerſis, non item etenim cum hoc caſu
alteri abſque altero contrahere fas non ſit, diverſi quid moli-
entem vel conantem, factum ſuum tenebit obſtrictum,
quemadmodum ſi magiſtri aut inſtitores diviſa non habentes
officia quid ſeparatim geſſerint vid. *l. 1. §. ſi plures 13. cum ſeqq.*
ff. de Exercit. act. ibiq; Brunneman. *in Comment: n. 12.*

In contractu quoque ſocietas duo vel plures rei conſti- 73.
tui poſſunt, non ſolum expreſſe Card. Tuſchius *in Pract. Con*
cluſ. ſub L. R. concl: 108. *n.* 8. ſed etiam tacite. Nam ſi plures 74.
ſint ſocii ejusdem negotiationis, qui diverſis locis commune
negotium exercent, invicem præpoſiti videntur, & quilibet
illorum ex contractu alterius obligatur Bart. *ad L. eandem 9.*
ff. de duob: reis n. 9. Angel. Aret. *ad §. duo pluresve J. h. t. n. 5 verſ.*
quaro ſi plures mercatores. Mantica *de tac. & ambig. convent. libr.*
15. tit. 2. n. 10. Quod tamen tunc demum procedit, ſi intra 75.
limites initæ ſocietatis contractus ſubſiſtat, extra enim illam
ſocius non obligatur *L. Jure ſocietatis 82. ff. pro ſocio ibiq; in Com-*
ment. Brunneman. Mantica *d. l. n. 12.* Sed quid de ſocietate ſen- 76.
tiendum, ſi plures mercatores eandem exercent mercatu-

ram, an & hi pro duobus reis reputandi? Et diſtinguendum putat B rt. *ad Auth: hoc ita C. de duob: reis §. Nono quæro.* An illa communis negotiatio decreta ſit ex publico, quo caſu activè & paſſivè rei erunt *arg: l. Si unus 27. pr. ff. de pactis l. in duobus 25. eod:* quæ loquuntur de argentariis, quibus ex publico officium decernebatur, ceu vulgo notum eſt, & pluribus de illis agit Ronchegall. *ad. l. 9. pr. ff. h. t. n.* 144. *& ſeqq.* An vero iſtiusmodi communis negotiatio, privatim & propria auctoritate
77. fuerit ſuſcepta. Ubi porro diſtinguitur, utrum communem hanc negotiationem, per inſtitorem (factorem vulgò appellant) exerceant, aut ipſi gerant. Priori certe caſu duo rei erunt, ſive unum inſtitorem tabernæ præfecerint *l. habebat.* 3. *§. ult. ff. de inſtit. act.* vel magiſtrum navi præpoſuerunt *l.* 1. *in fin. l.* 2 *ff. de Exercit. act.* vid. eleganter Schrader. *J. de duob. reis n.* 32. Adeo ut omnes illi præponentes pariter obligentur ex illius facto, & in ſolidum quaſi rei debendi conveniri poſſint
78. *per alleg: modo textus.* Ratio ejus *ex l. 2. ff. de exercit: act:* manifeſta eſt, ne ſcilicet; qui cum uno duntaxat contraxit exercitore puta vel inſtitore, diſtrahatur in adverſarios plures, quod utique eveniret, ſi ſingulos præponentes contrahens pro portionibus ſuis convenire cogeretur. Rei autem cre-
79. dendi hoc pacto non fiunt, quia ex contractu unius à pluribus præpoſiti non oritur actio, quæ illis competat ipſo jure, niſi forte in ſubſidium illa detur, vel facta ceſſione *l.* 1. *in fin. & l. 2. ff. de inſtit. act. l. Si eum* 5 *§.* 1. *ff. de exerc. act.* Bart. *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis verſ. nono quæro* Ronchegall *ad l. 9. pr. ff. eod. n.*164. *&* 165. ubi hos præponentes vere correos eſſe in dubi-
80. um vocat. Cæterum non incommodè hic quæritur, an ſi plures exercitores vel inſtitores ſint præpoſiti, hi etiam inter ſe quaſi correi ſint habendi? quod affirmandum videri poteſt, *per l. 1. §. Si plures 13. ff. de exerc. act.* exæquantur enim pluribus tutoribus *juxta l. ſi pupillus 45. ff. de admin. & peric. tut.* modo ſinguli in ſolidum ſint conſtituti conf. Ronchegall. *ad l. 9. pr.*

ff. h. t.

ff. h. t. n. 229. *&* 230. Utrum verò inſtitores in contractibus 81.
ſecum celebraris, una cum præponentibus teneantur, & una
cum ipſis correi debendi conſtituantur in utramque partem
diſputat, in negantem tamen ſententiam diſcedit Ronche-
gall. *d. l. n.* 167. *& ſeqq.* Altero vero caſu aliter correi non e- 82.
runt pro ſe ipſi gerentes, quam ſi de illo conſtet quod ſe reos
conſtituere voluerint alioquin etſi omnes ſocii ſimul contra-
hant, in ſolidum non obligantur ſed quilibet tantum pro ea
parte, quam in ſocietate habet *arg. l. ſi tamen plures* 4. *pr. ff. de
exerc: act:* Dn. Struve *Exerc.* 22. *theſ.* 43. Quinimo etſi unus
ſociorum communi ſocietatis nomine contraxerit, cœteri 83.
quoque erunt obligati *l. omne æs alienum* 27. *& l. ſocietatis* 82. *ff.
pro ſoc.* Hertor. Felic. *Tract. de ſocietate cap.* 30. *n.* 7. Ant. Faber.
in C. ſuo libr. 4. *tit.* 27. *def.* 1. non tamen in ſolidum, ſed pro
parte, quam habent in ſocietate juxta communem opinio-
nem Ronchegall. *ad l.* 11. *§.* 1. *ff. de duob. reis n.* 58. Gail. *libr.* 2.
obſ. 24. *n.* 9. Græværus *libr.* 2. *concl:* 24. *conſid.* 2. *n.* 1. *& ſeqq.* Ca-
cheran. *deciſ. Pedem* 150. *n.* 8. *&* 9. Mevius ad jus Lübecenſe
libr. 3. *tit.* 9. *art.* 6. *n.* 4. *& ſeqq.* ubi tamen complures ſubjun-
git limitationes, quem ſequitur Dn. Struve *d. Exerc.* 22. *theſ.*
44. Sed à communi hac ſententia diſſentit, poſt Bacchov. 84.
ad Treutler. vol. 1. *Diſp.* 27. *lit. C.* Carpzov. part. 2. conſtit. 17.
def. 12. ubi ſub n. 5. tale adducit præjudicium ob nun gleich bey-
de Geſelſchaffter ſich nicht ſämptlich / und einer vor den andern
verſchrieben. So iſt dennoch deſſen ungeachtet / der eine Geſel-
ſchaffter Hanß Wolff / euch auff Begehren die gantze ſumma
zu zahlen ſchuldig / und mag ſich mit Entrichtung ſeines An-
theils nicht entledigen. Idem Carpzov. *part.* 2. *deciſ.* 190. *n.* 22.
quam etiam veriorem eſſe vult Esbach. *add. def.* 11. Carpzov.
n. 4. *in not.* eam tamen erudite & nervoſè confutavit Dn Schil-
ter *ad* Π. *Exerc.* 29 *§.* 8. *usq. ad §.* 13. At vero ſi mercatores e- 85.
jusmodi negotientur ſeparatim, unus forte Hamburgi, alter
Lipſiæ, tunc quilibet tenebitur in ſolidum. Videntur enim

Digitized by Google

tunc in ſocietate invicem præpoſiti ut *arg. l. ejus qui in provincia* 41 *ff. de Reb. cred. l. traditio* 10 *ff. de acquir. rer. Dom. & l. jure pro-*
86. *viſum* 5. *C. de Fabricenſ.* inferre ſatagit Bart. *loc. ſuperius cit.* Deniq; hic notandum, quod finito tempore ſocietati præfixo, unus ex ſociis contrahendo, nullo pacto alios obliget, unde eſt, quod contrahens ſibi imputet, ſi non inveſtigavit qualitatem ſocietatis vid. Ronchegall. *ad d. l. 9. per h. t. n.* 201.

87. In conſtituta quoque pecunia duos reos fieri poſſe docet JCtus Ulpianus *in l. ſi duo* 16. *ff. de conſtit: pec:* quamvis diviſionis beneficium illis competat *per l. fin. C. eod. ibiq.* Brunneman. *in Comment.* de quo inferius cap. 8. prolixius diſſeretur. Per
88. quam quidem conſtitutionem exiſtimant nonnulli *d. l.* eſſe correctam ſed male. Verius enim eſt legem illam loqui de diverſo caſu, ſi nimirum duo principaliter conſtituerint Dn. Lauterbach. *Vol.* 1. *Diſp.* 4. *quæ eſt de benef. diviſ. theſ.* 19. Bacchov. *ad Treutler. vol.* 1. *Diſp.* 23. *theſ.* 8. *lit. C.* quinimo cum reis omnibus beneficium diviſionis ſit indultum, hi tamen propterea rei eſſe non deſinunt, *vid. not. cap.* 3. *n.* 89. ita etiam conſtituentes non obſtante diviſionis beneficio rei manebunt.
89. Hinc diſtinguit Jo. Jac. Schütze *in compend. Jur. Lauterbach. tit. de conſtit. pec. p.* 348. quod pluribus, qui alienum debitum conſtituerunt *ex l. fin. C. de conſtit. pec.* diviſionis beneficium competat. Si autem proprium debitum conſtituerint, ab uno ſolidum exigi poſſit, quamvis ſecundum communem & in praxi receptam opinionem hiſce quoque hodie diviſionis beneficium competat Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 13. quæ diſputatio tamen facile redditur ſupervacanea, ſi conſtituentes beneficio huic renuntiaverint ut dicetur *cap.* 8. *n.*

An in dote etiam duo rei intervenire poſſint, ambiguæ
90. quæſtionis eſt, quod affirmat *Apoſtilla ad Bartol. in rubr. de duob. reis lit. A.* hac uſa ratione, quamvis in dote fidejuſſores non admittantur *t. t. C. ne fidejuſſ. vel mandat. dot. dent.* duos debendi reos tamen recte intercedere, quippe qui utrique

prin-

principaliter obligentur. Cæterum hæc inter fidejuſſores & correos principaliter obligatos quæſita differentia nullius eſt momenti, cum eadem prohibitionis ratio adverſus fidejuſſores militans, etiam in correis locum inveniat. Conſiſtit autem in eo, ne cauſa perfidiæ in connubio generetur, cum dato fidejuſſore dos alterius fidei committatur, & hic mariti ſeu debitoris occupet locum, ac aliena ſic quæratur fides, quod inter Conjuges fieri abſurdum & perfidiæ occaſionem eſſe Imperator cenſuit *in l. ult. C. d. tit. in fin.* add. Fachin. *libr. Controv. 8. cap. 76. verſ. Secundum argumentum eſt conf.* prolixè Göddæus *de contrah. & commit. Stip. cap. 6. concl 23. n. 363. & 2. ſeqq.* Hering. *tract. de fidejuſſor. cap. 6. n. 107. & ſeqq.* Peretz *ad Cod. d. t. n. 2.* 91.
Quæ ratio quin in reis quoq; reperiatur nemo facile ambiget, jam vero tralatitium eſt, quod ubi eadem eſt ratio, ibi quoq; eadem ſequenda ſit juris diſpoſitio. Nec quidquam relevabit, quod Creditores per conſtitutionem reorum id agant, ut tutius ſibi cautum ſit, eoque hoc conſequantur, ut pro uno habeant duos debitores, quorum ab uno, ſi quid facile conſequi non poſſint, vel propter ejus inopiam vel propter potentiam vel propter ingenium contentionum amans, id ab altero poſſint obtinere, ut erudite diſſerit Donell. *de duob. reis cap. 1. n. 1. circa finem.* Fixum enim manet, quod etiam per conſtitutionem correi dos alterius fidei committatur, quod tamen leges improbant, imo per hoc legi per colorem quæſitum, manifeſta fraus fieret, de quo capite proximo diſſerendi dabitur occaſio. 92.
Exiſtimat Gutiretz duos reos pro dote conſtitui non poſſe, niſi pecunia realiter ad ambos pervenerit, quam ſententiam probare videtur Brunneman. *ad l. 1. & 2. C. ne fidedot.* verum eam rationibus non contemnendis evertit Hering. *d. cap. 6. n. 196. & ſeq. add.* Mantica *de tac. & ambig. convent. libr. 15. tit. 2. n. 8.* 93.
Qui etſi ex Bartolo *in l. Si conſtante in pr. n. 34. & 35. ff. ſolut. matr.* diſtinguant inter ſanguine conjunctos & extraneos, ita ut illi duo rei fieri poſ- 94.

ſint,

ſint, hi non item: tamen non video, unde hæc diſtinctio ſolide probari poſſit cum ipſe Mantica *d. l. n. 9. ad l. ult. C. de dot. caut. non num.* quam ſibi objecerat, reſpondeat, quod ibi non dicatur in dote duos reos debendi, vel promittendi poſſe conſtitui, qui ſint in ſolidum obligati, ſed duntaxat quod duo dotem poſſint ſuſcipere, & in proxime ſubſequentibus, allatam inter conjunctas & extraneas perſonas diſtinctionem, ipſe rejiciat, manebit igitur firmum nec fidejuſſores nec correos debendi, dotis ſervandæ cauſa poſſe fieri, conf. Ronchegall. *ad l. 15. ff. de duob. reis n. 21. & 2. ſeqq.* ubi valde ambigue hac de
95. re diſputat. Hæc tamen concluſio eam patitur limitationem, quod, ſicuti fidejuſſores dotium dari poſſunt, ſi juramentum mariti acceſſerit Seraph. de Seraph. *de privil. juram. privil. 69. n. 4. ibiq; in addit.* Martinus Benekendorff. *n. 3.* ita quoq; in caſu reorum idem obtinere debeat.

96. Quin adeo hæc reorum conſtitutio invaluit, ut in promiſſione alienarum etiam operarum locum inveniret per text. *expreſſ. in l. nemo eſt 5. ff. h. t. ibiq;* Gl. & Brunneman. *in Comment.* Azo *in ſumma C. h. t. n. 7.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. libr. 15. tit. 2. n. 16.* Cum enim quæ hactenus dicta ſunt in
97. obligationibus dandi & reſtituendi conſiſtant, ſtipulationum autem, quin reliquorum etiam contractum ſumma diviſio ſit, ut alii in dando, alii in faciendo occupentur *arg. l. eadem 4. §. 1. ff. de V. O.* operarum autem promiſſionem ad factum referri vulgatiſſimum ſit *l. ſtipulationes non dividuntur 72. pr. ff. de V. O.* hinc compilatores ex communi ſententia Dd. hoc exemplo docere voluerunt, reos credendi & debendi etiam ex promiſſione earum rerum fieri, quæ in faciendo conſiſtunt, Ronchegall. *in comment. ad d. l. 5. ſtatim pr.* Citra neceſſita-
98. tem vero exiſtimat Cujac. *libr. 5 obſ. 35.* pro particula alienas, particulam alias ſubſtituendam, aut ſaltim ita explicandam, quem ſequitur etiam Brunneman. in Comment. *ad d. l. 5.* ne cum alibi factum alienum inutiliter dicatur promitti *L. ſicut*

reus 65. *in fin. ff. de fidejuſſ. § ſi quis alium* 3. *J. de inutil. ſtip.* ex hoc loco pugna oriatur conf. Sneidwin. *ad d. §. n.* 7. *& ſeqq.* Bacchov. *ibid. n.* 1, Göddæus *de contrah. & commit. ſtip. cap.* 6. *concl.* 14. *n* 187. *& ſeqq:* ubi partim ad d. l. 65. reſpondetur, partim etiam demonſtratur, alieni facti promiſſionem, non ita prorſus improbari. Requiruntur tamen eædem operæ, non 99.
quidem vere, ſed ſaltem per fictionem juris, ad quam copulativè duo exiguntur, primo ut inter contrahentes hoc actum ſit, *d. l.* 5. *in verbis duo fabri easdem operas*, deinde ut promittentes ejusdem ſint peritiæ *d. l. ibi ejusdem peritiæ.* Meren- 100.
tur pro meliori explicatione adſcribi verba Ronchegalli *ad d. l.* 5. *n.* 1. *circa fin. intelligendum hoc dogma JCti de artificibus ejusdem peritiæ, non attento, cujus eſt alter, qui in promiſſione comprehenſus eſt, & pro tali à ſtipulante approbatus. Tunc etenim promiſſor juris interpretatione, non alienum ſed ſuiipſius factum promittere intelligitur, quæ promiſſio æque valida eſt, ac ea, qua quis tenetur ad factum proprium, & pertinet tantum ad curam & diligentiam adhibendam, ut alius faciat,* quod ulterius declarat *n.* 4. *ut promiſſio alienarum operarum juxta intellectum communem accipienda ſit ad effectum hunc, ſi forte is, cujus operæ ab alio ſunt promiſſæ, non præſtat eas, ut promiſſor teneatur proprias operas præſtare ob identitatem peritiæ. Unde apparet de eadem peritia utriusq; operarum promiſſoris* 101.
ſimpliciter ita dicendum, quod, ubi ſunt duo fabri ejusdem artificii, qui easdem operas promittunt alicui, qui hanc promiſſionem approbet, tunc ſemper cenſeatur peritiæ identitas. Inſpicitur itaq; magis voluntas creditoris, qui æque peritos exiſtimavit quam veritas quæ vix reipſa deprehendi poteſt Ronchegall. *ad d. l.* 5. *n.* 15. Eadem au- 102.
tem peritia tum demum neceſſaria eſt, ſi ad ipſam perſonæ induſtriam, & operis alicujus per eam confectionem, reſpectus habeatur: abeſſe poteſt, ſi ad opus perfectum. Hoc eſt: tum eadem duntaxat peritia à duobus reis earundem operarum, exigetur, ſi ſtipulator non tantum ut opus daretur confectum, ſed etiam quam bene, & à quibus artificibus curarit,

non

non item, ſi contentus eſſe velit opere confecto, quomodo aut à quibus artificibus tandem illud fiat, inſuper habeto.
103. Tunc enim licet alterius peritia forte defecerit, ſufficiet tamen ſi per alium, quod ipſe ignorat, expediverit, *l. continuus* 137. §. *ſi ab eo* 5 *ff. de V. O. ibiq.* Zaſius *n.* 1. 2. *& imprimis* 3. Alciat. *ibid. n.* 3. add. Bart. *ad d. l.* 5. *ff. h. t.* Accuratè igitur, ſi loqui velis differentiam facies inter reos operarum & operis. Sic ſi
104. duo fabri eandem domum exſtruendam ſuſcipiant, aut promittant, aliter duo rei non erunt, quam ſi utriusq; par ſit peritia in fabricando, hæc namque diverſa ſi fuerit, nec eædem operæ nec idem artificium videbitur promiſſum, ſecus erit, ſi unum idemque ἀποτέλεσμα i. e. ex opere facto corpus aliquod perfectum *l.* 5 §. 1. *ff. de V. S. ibiq.* Alciat. *n.* 5. *&* 6. Wegner. *n.* 1. *& ſeqq.* non operæ promiſſæ ſint Göddæus *de contrah. &*
105. *committ. ſtip. cap.* 5. *concl.* 10. *n.* 128. Circa reos verò credendi diſtinguendum, an in ſtipulatione facti vel operarum veniat tale factum, quod concernit perſonam ſtipulantis v. gratia: ſi utrique quis promittat ſervire in camera vel in menſa, & tunc quia in perſona diverſorum, diverſa ſunt facta non poſſunt conſtitui duo rei credendi *per l. Si id quod* 15. *ff. de duob. reis l. Servus* 10. §. 1. *& l. ſeq. ff. de operis libert.* Aut non concernit perſonam ſtipulantis, & tunc aut utriusque ſtipulantis æqualiter intereſt & in ſolidum v. g. promitto tibi & Sejo ſcribere librum, & tunc conſtituuntur duo rei ſtipulandi *l. nemo* 5. *ff. de duob. reis* aut non intereſt æqualiter utriusque in ſolidum, ut promitto facere domum in fundo unius correorum, & tunc non poſſunt conſtitui duo rei ſtipulandi in ſolidum, quia in perſona unius cujusque non eſt fundus, nec valet ſtipulatio *l. qui inſulam* 95. *ff. de V. O. ibiq.* Brunneman. *in Comment.* juxta quam diſtinctionem quoque explicandam dicit *l. nemo* 5. *ff. de duob. reis.* Bart. *ad Auth. hoc ita C. eod.* §. *Sexto quaro verſ. circa correos credendi in fin.* conf. Ronchegall. *ad d. l.* 5. *n.* 9. *& ſeqq.*
106. Ubi n. 11. diſtinguit inter operas officiales & artificiales, quæ

etiam

etiam fabriles nuncupantur, ita ut in prioribus conſtitutioni duorum credendi reorum locus omnino non ſit, ſed illa ad ſolas artificiales vel fabriles veniat reſtringenda, conf. idem Ronchegall. *ad l. 15. ff. de duob. reis.* In fabrilibus autem operis cenſeri à principio omnes correos credendi, ſic ut cuique præoccupanti ſolidum debeatur, & ut quisque eorum id ad ſuam utilitatem exigat *l. in l. Falcidia 62. ff. ad l. Falcid.* quamvis inter ſocios id communicandum ſit, id enim tunc non vi conſtitutionis reorum, ſed vi ſocietatis evenit, quæ qualitas diverſa eſt à priori illa, & quæ diverſum producit effectum *Id. ibid. n. 12.* Quod in l. 5. ff. h. t. dicitur promiſſioni opera- 107.
rum etiam fidejuſſorem adhiberi poſſe, de eo latè diſputat Ronchegall. *in comment: n. 5. & 6.* tandem vero illis ſcrupuloſitatibus ſepoſitis talem ſubſtituit Regulam, quod cum omni ſ. unicuique obligationi poſſit accedere fidejuſſor, *juxta l. 1 ff. de fidejuſſor. l. Gracè 8. §. 1. junct. §. 1. J. eod.* Weſembec. *par. ff. eod. n. 4.* Göddæus *de contrah. & committ. ſtip: cap. 6. concl. 23. n. 351. & ſeqq:* Ant. Hering. *de fidejuſſor. cap. 10. n. 1. & per tot:* ergo etiam huic operarum promiſſioni, ex natura hujus diſtributivæ univerſalis *arg. l. Julianus reſpondit 68. pr. de legat. 3.* add. Göddæus *d. l. n. 165. & 2. ſeqq.* Hering. *d. cap. 10. n. 213.* fidejuſſor adjici queat.

Et iſta quidem de contractibus & obligationibus princi- 108.
palibus pro inſtituti ratione dicta ſufficiant. De fidejuſſoribus autem res adeò expedita non videtur, compluribus in hisce conſtitutioni reorum locum denegantibus, tum ex diverſitate nominum & titulorum, aliud enim eſſe, fidejuſſores, aliud duos reos nuncupari, nihil obſtante, quod & hi in ſolidum fidejuſſerint, tum ex pluribus rationibus aliis, quas ſub unum quaſi intuitum eleganter adduxit Göddæus *de contrah. & commit. ſtip. cap. 5. concl. 5. n. 135.* Quem, quia in omnium ferme manibus eſt, deſcribere ſupervacaneum duco, cui opinioni etiam favent Donell. *C. de duob. reis cap. 4. n. 9.* Schra-

 der

109. der *J. h. t. n* 33. Sed nec adfirmantium parti (cujus ſententia pace magnorum ſecus ſentientium virorum dixerim, vero mihi ſimilior videtur) ſua deſunt fulcra, ex quibus præter text. *in l. ſi duo 16. pr. ff. de conſtit. pecun.* à conſtitutoribus ad fidejuſſores optima trahendum ratione, unicum hoc, chartæ &
110. temporis habita ratione apponam. Veriſſima Philoſophorum Regula; cui definitio aut deſcriptio competit, ei quoque convenire id, quod definitum deſcriptumve eſt Everb. *in loc. arg. legal. loco 3. n. 1. & 2. ſeqq.* Dan. Otto *in dialect. jur. libr. 1. cap. 27. reg. 3.* Placeat igitur definitionem reorum duobus in ſolidum fidejuſſoribus (confidejuſſores ſpeciali vocabulo deſignant) accommodare, nihil certe magnæ rei obſtat, quin
111. reorum appellatio iis jure meritò tribuatur. Sive enim obligationis unitatem, ſive paritatem & in ſolidum acceptionem conſideres, nihil eorum in confidejuſſoribus, temerè deſideraveris, eandem nempe rem, eam ſcilicet pro qua fidejubent, hi fidejuſſores promittunt, uni etiam eidemque, Creditori nimirum cui debitor principaliter erat obſtrictus, deniq; promittunt quisque in ſolidum *§. ſi plures 4. J. de fidejuſſoribus*, & ita ſolidum, ut una eademque cenſeatur eſſe obligatio fidejuſſoria ſcilicet. Imo jam ſupra *c. 1. n. 12. ex l. 34. §. 8. ff. de ſolut.* notatum reos ſatis dandi & ſatis accipiendi eſſe di-
112. ctos. Quod ſi nomen confidejuſſoris ſono adhuc à reorum vocabulo diviſum urgent non ineptè fortaſſis reſpondebo, reorum appellationem generalem eſſe, quæ confidejuſſores non minùs, quam reos emendi vendendi, mandandi, &c. tanquam ſpecies ſub ſe comprehendat. Plura eandem in rem adducit Göddæus *loco modo laudato n. 136. & ſeq.* ubi diverſæ ſimul opinionis ſequatium argumenta expendit, & ad ea reſpondet, quam ſententiam probat etiam Hering. *in tract. abſolutiſſimo de Fidejuſſor. cap. 4. n. 60. &* Brunneman. *ad l. 11. ff. h. t. n. 3.* Eckoll. *ad tit. de duob. reis §. 4.*

113. Tempeſtivum nunc videtur, ut à contractibus inter vi-

vos,

Digitized by Google

vos, ad teſtamentariam diſpoſitionem paucis deſcendamus, nam per hanc quoque duos reos conſtitui poſſe manifeſtum eſt *ex l. eandem 9. pr. ff. h. t.* ut puta; ſi pluribus hæredibus inſtitutis teſtator dixit: Titius & Mevius Sempronio decem dato. Quod inſignem interpretibus injecit ſcrupulum, quomodo nempe per conjunctionem copulativam duo rei conſtitui poſſint? Cum ea tamen (*ut cap. 3. n.* 81. jam dictum) particulæ copulativæ natura ſit, non ut in ſolidum obliget, ſed ut dividat obligationem *l. arbitraria 2. §. Si quis ita 4. ff. de eo quod cert. loc. L. Si mihi & Titio* 110. *ff. d. V. O. L. Reos promittendi* 11. *§. fin. ff. h. t.* Quam difficultatem ut tolleret, cenſuit Cujac. *libr.* 114.
5. Obſ. cap. 35. Legis hujus nonæ lectionem emendandam ac pro particula ET, particulam AUT. *Ex l. ſi ex toto §. 1. ff. de legat. 1. L. Si Titio 16. ff. de Legat. 2. L. ille aut ille 25. ff. de Leg. 3.* eſſe ſubſtituendam, quod etiam ſequi videtur Gothofred. *ad d. l. 9. mihi lit. G. &* Brunneman. *in Comment.* ad d. l. Cæterùm cum correctio & emendatio Legum valde odioſa ſit & 115.
ſuſpecta, plerumque etiam hic ab Interpp. ſolet rejici. Inde ad evitandam textus correctionem Donell. *de duob. reis cap. 12. n. 3 & 7.* illum ita explicat, *ſi modo id ſenſerit teſtator, ut ſinguli iſti apellati heredes ſolidum rem deberent. De ſententia autem illius tum conſtare, ſi expreſſerit, alioquin eandem ſummam pluribus conjunctim adſcriptam, ſi nihil aliud actum probetur, pro numero perſonarum diviſam intelligi, ut ſinguli partem duntaxat debeant, in quam ſententiam omnes veteres conſentire, ait*, conf. Mantica *de conjectur. ult. volunt. libr. 8. tit. 2. n. 5. &* 14. Ronchegall. *ad l. 9. pr. ff. de duob. reis n.* 291. Unde dubium non eſt, illos à quibus 116.
ſpecialiter legatum, utpote reos, ſtricto jure in ſolidum conveniri poſſe. Aliud obtinet, ſi à certis hæredibus non eſt legatum, ſed ab omnibus indiſtinctè, tunc enim omnes pro hereditariis portionibus tantùm teneri verius eſt, per text. expreſſ. in l. 1. C. commun. de legat. ibi in tantum unumquemq; heredem hypothecaria conveniri poſſe, in quantum perſo-

 nalis

117. nalis actio contra eum competit. Etſi enim alias actio hypothecaria individua eſt, & contra quemlibet heredem in ſolidum datur: tamen in præſenti caſu aliud dicendum, tum quod uti modo dictum, actio perſonalis detur contra unumquemque heredem pro rata, tum quod hypotheca ab ipſis demum heredibus incipiat, & per conſequens pro ratis tantum portionibus teneantur, *arg. l. cùm res* 5. *C. Si alien. res pign. det.*
118. Richter *de privil. cred. cap.* 4. *Sect.* 1. *n.* 148. Quidquid ſit, cum probatio illa, ſi nihil expreſſum, magnæ profecto futura ſit difficultatis, omnisq; hæc altercatio circa ſubtilitates potius Theoreticas verſetur, quam ut inſignem aliquem uſum in foro & praxi obtineat, cuivis prudentiori arbitrandum relinquo, an non potius ex pluribus textibus claris & perſpicuis, leviuſcula aliqua emendatio ſit admittenda, quam prolixis aliàs litibus & rixis, campus aperiendus, præſertim cum ea admiſſa ubiq; inter leges alioquin pugnaturas luculenta indu-
119. catur conſonantia. Etiamſi vero, ut modò traditum eſt, teſtatori in ultima voluntate ita duos reos debendi ex heredibus conſtituere, integrum tamen cum Creditore minime paciſci poteſt, ut hæredes ipſius in ſolidum teneantur, & ſic rei debendi fiant, ſed iſtiusmodi pacto non obſtante inducitur inter coheredes diviſio nominis, iisque competit exceptio, non ſum ſolus hæres *per text. expreſſ. in l. cum qui* 56. *§. te & Titium* 1 *ff. de V. O. l. Servus* 69. *§. ſi teſtatorem ff. de Legat.* 1. Anton. Gometz. *tom.* 2 *reſol. cap.* 11. *n.* 15. Frantzk. *libr.* 1. *reſol.* 6. *n.* 27.
120. *& ſeq.* Mevius *part.* 5. *deciſ.* 66. *per tot.* Ratio differentiæ eſt, quia ſicut non poteſt obligare extraneum, ita neque heredem pro aliis partibus, pro quibus non eſt hæres, unde omnes tenebuntur ſolvere debitum pro hereditariis portionibus vid. Gometz *d. l. vſ. ita etiam circa prædicta quæro* Frantzk.
121. *lit. cit. n.* 27. Mevius *d. deciſ.* 66. *n.* 3. *& ſeqq.* Quæ aſſertio perinde in liberis quam aliis hæredibus extraneis locum habet, ita ut nec hi ultra virilem portionem obligari & ex pacto paren-

ren-

rentum correi debendi in Teſtamento conſtitui poſſint, ceu contra. Carpzov. *part. 3. deciſ.* 252. *n.* 26. *& ſeqq.* diverſum ſtatuendum propugnat. Mev. *d. part.* 5. *deciſ.* 63. *n.* 4. *& ſeqq. per tot.* Quinimo ſi heres fidei commiſſario hæreditatem reſtituat non facto inventario; creditores hæreditarii & legatarii duos habent creditores ſ. correos hæredem & fidei commisſarium, *l.* 1. *§. Si is qui ff. ad SC. Trebell.* vid. *tract. var. de beneſ. intent. quaſt.* 232. *n.* 84. & decem caſus, in quibus coheredes actione perſonali nihilominus tenentur in ſolidum *cit. quaſt.* 232. *n.* 315. 122.

Imo quæ de ultimis voluntatibus dicta, etiam ad materiam quaſi contractuum poſſunt referri, & ſic explicari *d. l.* 9. *h. t.* ubi teſtamentum refertur inter contractus (latius ſcilicet accepto contractus vocabulo, ut etiam ſub ſe comprehendat quaſi contractus §. 1. *vſ. namq; agit J. de action conf.* Mozzius *de ſtipul. tit. qui poſſ. ſtip. & qui non n* 8. Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. de duob. reis n.* 290. nimirum quatenus heres adeundo hereditatem, ex hac teſtatoris diſpoſitione Legatariis obligatur, quaſi ex contractu §. *heres quoq;* 5. *J. de oblig. qua quaſi ex contr. ibiq;* Angel. Aret. *n.* 1. *&* 2. Schneidwin. *ad §. item ſi d. t. n.* 3. *add.* eleganter Bacchov. *ad d. §. heres quoque.* 123. 124.

Generalius notabis conſtitutionem duorum reorum etiam in quaſi contractibus, & ſic in negotiorum geſtione obtinere. Ubi ſciendum quod ubi ſponte aliqui alterius negotium gerendum ſuſcipiunt, eatenus quemlibet obligari, quatenus is negotium geſſit *l. cum alicui* 26. *in fin. ff. de negot. geſt.* Unde fit, ut ſi omnes geſſerint negotium aliquod in totum, etiam in ſolidum obligentur ſinguli Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. de duob. reis n.* 294. conf. quæ jam ſuperius de procuratoribus dicta ſunt *h. cap. n.* 69. Inter procuratorem & negotiorum geſtorem tamen ea potiſſimum differentia eſt, quod illius perſona, expreſſe immediateque, approbata eſt ab ipſo Domino, qui mandando videtur approbare fidem ac diligentiam ejus, at in negotiorum geſtione, non ita evenit, 125.

 quia

Digitized by Google

quia ejus fides ac diligentia dicitur approbari ab eo, cujus negotia geſſit, mediate, cum abſentis negotiorum adminiſtrationem ſponte ac per ſe ſuſceperit ille nullo præcedente
126. mandato. Sed quid in caſu diverſo erit ſentiendum, ubi quis forte commune plurium negotium ſuſcepit & geſſit, numquid hic etiam in ſolidum tenebitur? Et de hoc Ronchegall. *d. l. n.* 295. hujusmodi conſtituit regulam, *ſingulos in ſolidum obligari convenirię́ poſſe, perinde ut accidit in mandato à pluribus unifacto, per quod ſinguli illi in ſolidum tenentur* juxta *l. Si mandato Titii* 59. *§. Paulus reſpondit* 3. *ff. mandati.* Quæ
127. optima ratione ad eos, quorum negotia geſta ſint, extenditur *arg. l. cum alicujus* 26. *ff. de negot. geſt. l. ex facto* 30. & notat. in l. Tutori 20. C. eod. Nam æque favorabilis cauſa eſt geſtorum, imò majore favore digna, cum ſponte ſuſcipiant curam negotiorum abſentis, quamobrem pari pacto debet iis eſſe conſultum omni caſu.

1 8. Idem oſtendit exemplum tutelæ, ubi contutores quoque contingit pro duobus reis haberi *l.* 1 §. *Si apud duos* 43. *ubi exemplo duorum tutorum ff. depoſiti*, ſi nempe indiviſim tutelam adminiſtraverint *l. ſi plures* 38. *junct. l. tres tutores* 55. *ff. de adminiſt. & peric. tutor.* Weſemb. *par ff. de admin. & peric. tutor. n.* 6. *ibię́ in Obſ.* Hahn. *n.* 7. *vſ. diviſionis beneficium pag. mihi* 309. Dn. Struve *Jpr. Rom. Germ for. libr.* 1. *tit.* 21. *aph.* 5. Paul. Montan *in tract. de tutel. cap.* 39. *n.* 93. *& ſeq.* conf. Ronchegall. *ad l.* 9. *ff de duob. reis in pr. n.* 215. *& ſeqq. ubi n.* 218. talem formant
129. regulam. *Ex tutoribus pluribus ejusdem pupilli, ſive omnes adminiſtrarunt, ſive aliqui tantum, ſive ab iis diviſa ſit adminiſtratio, ſive non, in ſolidum ſingulos, ejus rei nomine, ipſo jure, vel effectu inſpecto, teneri convenirię́ poſſe l. tres tutores* 55. *pr. ff. de admin. Tut. l.* 1. *§. nunc tractemus* 10. *& ſeqq. ff. de tut. & rati diſtrah. l. ſi diviſio* 2. *C. de divid. tut.* quod pluribus perſequitur n. 219. & ſeqq. quæ cum ad tutelam potius, quam præſentem pertineant materiam libens prætereo. Dixi quod contingat con-
130. [illegible] turo-

[illegible]

tutores ex adminiſtrata tutela pro correis haberi, cum reveratales non ſint. Ratio in promptu eſt. Etſi enim in ſolidum tenentur, tamen id non deſcendit ex pacto tacito vel expreſſo, contrahentium; ſed ratione officii, quod illi adminiſtrant evenit, & proprie ſic rei nequeunt dici Schrader. *ad J. h. t. n.* 28. *&* 29. Donell. *C. duob. reis cap.* 12. *n.* 4. Eadem 131.
ratio eſt adminiſtratorum ærarii civitatis, qui inſtar tutorum habentur Carpzov. *libr.* 5. *Reſp.* 91. *n.* 8. *& ſeqq.* tamen ob allegatam rationem correi proprie dicti non ſunt. & inſtar correorum in ſolidum conveniri poſſunt ſinguli *l. Imperator* 11. *pr. ff. ad municipl. magiſtratus* 8. *ff. de magiſtrat. conven. ibiq.* Brunneman. *in Comment. n.* 1. *l. Si pupillus* 45. *ff. de admin. & peric. tut.* Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. h. t. n.* 210. quod confirmat eleganti præjudicio Carpzov. *d. l. n.* 16. de Ao. 1638. Menſ. Octobr. ſub hiſce verbis. Iſt Euch Ao. 1612. das Cämmerey Amt/ beym Rathe --- daſelbſt aufgetragen/ und biß Ao. 1629. da ſolches der Rath Euch wiederum erlaſſen / verwaltet worden. Ob nun wohl Ihr ſolches Amt nicht alleine/ſondern nebſt Euch/Baſtian Röhling und Joachim Francken / als Bürgermeiſtern/ und alſo principaliores verwaltet haben: Dieweil aber dannoch/die Verwaltung unter Euch nicht getheilet / ſondern von allen zugleich verrichtet worden/ſo ſeyd Ihr auch dasjenige/ was von ſolcher adminiſtration nach abgelegter Rechnung reſtiret, allein zu zahlen ſchuldig/und möget Euch davon nicht entbrechen. Es iſt Euch aber euer Collegen wegen/ desjenige / ſo Ihr vor ſie ausgelegt/ hinwiederum zubelangen/ wohl zugelaſſen/ V. R. W. *conf.* tamen *cap.* 8. *n.* 66.

Similiter obtinet, ubi agitur de diſtractu aliquo, juxta 132.
§ per. J. de obl. quæ ex quaſi contr. ita ut cum plures rei ſint facti in aliquo contractu, & ad diſtractum illius agatur, pari paſſu quatenus ad hunc diſtractum illi cenſentur rei *l. quod ſi nolit,* 30. *§. Si venditori* 10. *vſ. nam ſi unus ff. de ædil. edict.* quoniam ejusdem naturæ cenſetur diſtractus, cujus fuit præcedens con-

contractus, adeo, ut ejusdem juris regulis ſubjiciatur, modo non ſit diverſa utriusque ratio Eberhard. *in topic: legal: loc: à contractu ad diſtractum* 19. Ronchegall. *ad l. 9. h. t. n.* 296.

133. Quandoquidem autem huc usque delapſus eſt ſermo, placet quid in delictis, & quaſi delictus obtineat, quantum hanc rem concernit, pauciſſimis attexere, & quidem ex delictis duos reos fieri colligat quis inde, quod eadem utrobique ſubſit cauſa, nec minus omnes teneantur in ſolidum. Verum enim vero licet omnes ex eodem delicto in commune admiſſo teneantur in ſolidum, aperte tamen non ſunt duo rei, quia diverſa ſunt facta & delicta ſingulorum, & unusquisque proprii delicti pœnam patitur, quæ ideo in diverſis delictis non poteſt eſſe eadem, *L. ſi quis* 7. §. *fin. & l.* 8. *ff. de Jurisdict:* Donell. *C. de duob: reis cap:* 12. *n.* 4. neque ex ſolutione unius alii liberantur *L. item Mela* 11. §. *ſed ſi plures* 2. *ff. ad L. Aquil. l.* 1. *C. de condict: furt: ibiq.* Brunneman. Mantica *de tac: & ambig: convent: libr:* 15. *tit:* 2. *n.* 14. *vid. late hac de re diſputans Ronchegall. ad l. 9 h. t. n.* 297. *& ſeqq. junct. n.* 311. Cœterum ut

134. accuratius hoc omni de negotio conſtet, aut de criminibus pœnam corporalem ſecum trahentibus, vel de delictis, ex quibus civilis tantum actio competit, quæſtio eſt, & illa quidem huc omnino non pertinent Ant. Teſſaur. *deciſ.* 255. *n.* 3. *vſ. Sed ſi tractaretur.* Ronchegall. *ad l. 9. pr. h. t. n.* 299. In

135. actionibus ex delictis civilibus diſtinguendum inter actiones rei perſecutorias, & pœnales. In pœnalibus (quorſum etiam referimus mixtas) ejusdem delicti rei pro correis non habendi, nec unius ſolutio cœteros liberabit *L. item Mela* 11. §. *ſed ſi plures* 2. *L. ita vulneratus* 51. §. *fin: ff. ad L.* aquil. junct. § his autem 9. J. eod. L. ſi quis 7. §. fin. *& L. ſeq. ff. de jurisdict. conf.* Hottoman. *quaſt. illuſtr.* 33. *per tot.* Weſemb. *par. ff. ne quis eum,*

136. *qui in jus voc. n.* 4. *pr. ibiq.* Bacchov. At in rei perſecutoriis ſecus, ibi enim uno pœnam (quæ reſpectu, rei ibi tantum ita dicitur non etiam reſpectu actoris) præſtante, liberantur

cœte-

Digitized by Google

cæteri, *L. 2. §. ſi plures 4. junct. l. ex hoc edicto 3. ff. de eo per quem fact. eſt l. bona fides 57. ff. de R. J. add.* Jaſon. *ad §. pœnales J. de action. n. 21. & ſeqq.* Zaſ *ibid. n. 11. & ſeqq. cum plur. aliis* Idem 137.
eſt, ſi plures metum incuſſerint, omnes ſiquidem in ſolidum tenentur *L. item 14. §. fin. ff. quod metus cauſa*, ſed unius præſtatio reliquos liberat, *L. 1. §. ſi plures 4. junct. l. fin. ff. de eo per quem fact.* & ſi plures dolo quid fecerint, in ſolidum tenentur ſinguli, unius tamen præſtatio liberat reliquos *L. ſi plures 17. pr. ff. de dolo malo ibiq.* Brunneman. *in Comment.* Bargal. *de dolo libr. 4. cap. 1. n. 115.* Weſemb. *par. ff. de dolo malo n. 7. vſ. ſane ſi plurium.* Quantumvis autem ut modo traditum in hujusmodi actionibus, rei perſecutoriis plures ſimul delinquen- 138.
tes in ſolidum teneantur, id tamen eo reſtringendum, ſi delinquentes omnes, aut non ſint præſentes, aut non ſolvendo, alioquin ſi omnes adſolvendum reperiantur idonei pro partibus duntaxat virilibus conveniri poſſunt & debent Anton. Teſſaur. *deciſ. 254. n. 3.* Franc. Niger. Cyriacus *vol. 1. controv. 132. n. 46.* Carpzov. *latè part. 2. deciſ. 190. n. 18. & ſeqq.* ibique allegatum in fine præjudicium in verbis. Jſt in unſerm vorigen Rechts-Spruche/ auch dieſes erkand worden/ daß beyde inquiſiten das geſtohlne Zinn/ oder den Werth davor zuerſtatten ſchuldig ſeyn/ ſo läſſet ſich mehr bemeldeter Eigenthums Herr daran begnügen/ und wann beyde Perſonen die Zahlung leiſten können und wollen/ mag auch einer in ſolidum dazu nicht angehalten werden/ quamvis à ſeipſo diſſentire videatur. Idem *part. 4. conſt. 34 def. 5. n. 7. in præjudicio & verbis.* Ob nun wohl ſonſten/ die delinquenten/ ſo der begangenen boßhafftigen/ und fürſetzlichen Beraubung geſtändig/ oder überführet/ zur Reſtitution der abgenommenen Sachen/ zu rechte in ſolidum verbunden ſeyn/ wäre er dem Cornet, den erlittenen Verluſt auf vorhergehende liquidation, und Beſcheinigung/ ungeachtet Jhrer mehr ſolche Plünderung verübet in ſolidum zuerſtatten ſchuldig; Unde iis ex receptiori Dd. ſen-

Q ten-

Digitized by Google

tentia diviſionis beneficium non competere tradit, *per l.* 1. *C. de cond. furt. ibiq.* Brunneman. Cludius *de condict. furt. cap.* 44. *n.* 13. quem ſequitur etiam Eſbach, *in not. ad dict. def.* 5. & noviſſime Schütze/ *in compend. jur. Lauterbach. ad Tit. de condict. furt. p.* 335. Niſi forte dixeris in caſibus à Carpzov. hic relatis, reliquos complures, vel jam auffugiſſe, vel ſolvendo
139. non fuiſſe. In quaſi delictis vero, ſine diſtinctione correorum obtinet figura, cum ibi etiam in pœnalibus, ita in ſolidum teneantur ſinguli, ut ſi cum uno fuerit actum, cœteri liberentur *L.* 1. *§. fin junct. l.* 3. *ff. de his qui eff. vel dejec.* Jaſon. *ad §. pœnales J. de Action. n.* 22. Weſemb. *par. ff. de his qui effud. n.* 4. Magnif. Dn. Struve *Exerc.* 14. *theſ.* 33. conf. Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. de duob. reis n.* 314. Conſulto dixi in quaſi delictis
140. obtinere correorum figuram, ne alias contradicere videar. Schrader. *J. h. t. n.* 30. Donell. *C. de duob. reis cap.* 12. *n.* 4. *in fin.* Manticæ *de tacit. & ambig. convent. libr.* 15. *tit.* 2. *n* 15. Qui ex quaſi delictis reos proprie dictos conſtitui negant, dum & ipſe improprietatem & figuram quandam reorum hic agnoſco
141. libens. Prius tamen conveniendus eſt is, qui factum admiſit, quam cœteri *l. ſi vero plures* 5. *§. interdum* 2. *ff. de his qui dejec. vel eff.* Bart. *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis §. quinto decimo quæro*, Ronchegall. *d. l.* Diſſentit tamen Ronchegall. *ad Rubr. de duob reis* n. 86. ubi ex quaſi delicto reos conſtitui diſerte ne-
142. gat conf. *Id ad l.* 9. *h. t. n.* 315. Unde apparet differentia inter obligationem ex maleficio & ex quaſi maleficio, nam in his pœna ab uno ſoluta cœteros non liberat, in quaſi maleficiis autem ſecus eſt, & mitius proinde hic agitur cum quaſi de-
143. linquentibus. Ronchegall. *d l. n.* 315. Notandum hic denique legem vel ſtatutum poſſe inducere conſtitutionem reorum, ubi alias ex natura rei vel facti non conſiſtat. Cum enim hoc fieri poſſit ab hominibus per eorum contractus, nec non per ultimam voluntatem *l. eandem* 9. *pr. ff. de duob. reis*, quis quæſo vim ejuſmodi legi vel ſtatuto auſit denegare? ut ſcili-

cet

cet plures ex uno facto teneantur, ut correi, & quæ de his jura diſponunt ad illos accommodentur? *arg. l. non eſt mirum 26. pr. ff de pignor. act. l. 1. vſ. cum enim jam licuerit C. Commun. de legat.* Ronchegall. *ad rubr. ff. de duob. reis n.* 87. *& ad l.* 9. *pr. ff. eod. n.* 317.

CAPUT QUINTUM.
DE
REIS INVICEM SIMUL FIDE JUBENTIBUS.
SUMMÆ.

1. *Rei invicem fidejubere poſſunt.*
2. *Reus ſtipulandi, vel ab utroq; vel ab altero reo promittendi fidejuſſorem poteſt accipere.*
3. *Objectio.*
4. *Ejusdem ſolutio.*
5. *Perinde reus debendi uni tantum reo credendi fidejuſſorem dare poteſt.*
6. *Alteruter etiam correus debendi correum ſuum fidejuſſorem pro ſe dare poteſt.*
7. *Si plures à correis dati ſint fidejuſſores an hi ſinguli pro ſingulis reis, an omnes pro omnibus reis promiſcue teneantur?*
8. *Peculiaris Donelli de correorum inter ſe fidejubentium conſtitutione ſententia.*
9. *Major dubitatio an rei invicem fidejubeant recte?*
10. *Ad eam reſponſio.*
11. *Rei invicem fidejubentes, pro parte ut rei pro altera parte ut fidejuſſores habentur.*
12. *Nec per conſtitutionem fidejuſſoriam deſinunt eſſe rei.*
13. *Sed creditor id potius per hanc confirmare videtur.*
14. *Rei confidejuſſores expreſſe conſtituuntur.*

15. *Num poſt Nov. 99. rei tacite videntur invicem fidejuſſiſſe? & & ſeqq.*
18. *Diſtingunt aliqui inter cauſam oneroſam & lucrativam.*
19. *Duplex ex fidejuſſione oritur obligatio, una reſpectu creditoris; altera reſpectu debitoris.*
20. *An & quatenus reſpectu creditoris correi invicem fidejuſſiſſe ſint exiſtimandi? & 21.*
22. *Primus quaſiti coloris caſus.*
23. *Secundus quaſiti coloris caſus & 24.*
25. *Tertius ejuſdem rei caſus.*
26. *Regula de quaſito colore limitatur.*
27. *Extra hos caſus reſpectu creditoris correi non fidejubent invicem & 28.*
29. *In poſteriore fidejuſſorum obligatione diſtingvendum, inter cauſam oneroſam & lucrativam, & num inſuper rei ſint ſocij vel non & 30.*
31. *Quomodo ſocietas hic accipiatur & 32.*
33. *In cauſa oneroſa quid obtineat & n. 34.*
35. *Fidejuſſio inter correos hodie rariuſcula.*
36. *An mulier correa ſemper fidejuſſiſſe vel interceſſiſſe videatur? & ſeqq. ad fin.*

1\. NOn tantum ut dictum eſt, rei ita ſimpliciter conſtituuntur, ſed accidit quandoque ut invicem & id nec inutiliter fidejubeant. Quod fit, v. g. cum unus primo & principaliter promittens, aperte fidejuſſorem dat, & idem rurſum ſic accipitur, ut pro altero, qui fidejuſſor erat datus promittat *L. reos* 11. *ff. de duob. reis.* Anton Hering. *de fidejuſſor. cap.* 11. *n.* 26. Frantzk. *Exerc.* 10 *quaſt.* 3. *n.* 2.
2\. Imo conſtitutis duobus debendi reis, liberum eſt ſtipulatori, vel ab utroque, vel ab altero tantum fidejuſſorem accipere *L. duos* 6. §. 1. *ff. h. t. L. cum duo rei* 40. *ff. de fidejuſſ. & mand.* Nec
3\. impedit, quod ſi ab uno tantum correo exigatur fidejuſſor, jure ſancitum ſit, impediri duorum reorum conſtitutionem ſiqui-

ſiquidem ab illis impar ſuſcepta eſt obligatio *l. eandem 9. §. 1. ff. h. t.* qua de re jam ſuperius *cap. 3. n. 57. & ſeqq.* actum eſt. At vero imparitas obligationis ſatis inde apparet; quod ab uno reorum fidejuſſor acceptus eſt, ab altero non item. Sed iſta imparitas nulla eſt. Licet enim per dationem fidejuſſoris ab altero reorum factam creditori magis conſultum ſit; 4. non tamen inde ejusmodi imparitas reſultat, quæ conſtitutionem reorum factam vitiare poſſit, illa namque non efficit, ut fidejuſſorem dans præ altero magis id eſt inplus obligetur, nec ad aliud diverſum quam quod alter correus debet, *arg. §. fidejuſſores 5. J. de fidejuſſ. l. Græce 8 §. Si quis Stichum 8. ff. de fidejuſſ.* Imparitas autem conſtitutionem reorum quæ vitiat, conſideratur vel in qualitate rei, vel in quantitate quibus utrinque ſalvis, imparitas nulla allegari poteſt ſed correalis obligatio non attenta fidejuſſoris conſtitutione undique illibata manet, vid. Ronchegall. *ad d. l. duos 6. pr. n. 7.* Quinimo etſi verba JCti. in perſonam reorum debendi duntaxat ſint concepta, idem nihilominus in duobus reis credendi conſtituendum eſt, quorum etiam uni tantum debitor cavere poteſt per fidejuſſorem, ratio enim eadem in utroque caſu militat, proptereaque idem jus conſtitui debet *arg. l. illud 32. pr. ff. ad l. Aquil.* Ronchegall. *d. l. n. 8.* Cumque ſuperius jam traditum ſit duos reos debendi invicem fidejuſſores dari poſſe, dubium non eſt, quin alter debendi reus, à quo fidejuſſor exigitur correum ſuum fidejuſſorem ſimul conſtituere poſſit Ronchegall. *d. l. n. 10.* Caſu autem illo ubi à duobus reis plures datur fidejuſſores duo puta, quæritur utrum ſinguli fidejuſſores pro ſingulis reis, vel omnes pro omnibus promiſcue teneatur? Et inſpiciendum hic imprimis, quid inter partes actum. Poſſunt namque rei promittendi ſeparatim fidejuſſores dare *l. inter eos 51. §. duo rei promittendi 2. ff. de fidejuſſ.* & tunc beneficium diviſionis inter fidejuſſores ejusmodi ſeparatim datos locum non habet Brunneman. *ad d. l.*

Note: margin numbers 5. (beside "Quinimo etſi … dun-"), 6. (beside "Cumque ſuperius"), 7. (beside "Caſu autem illo ubi à duobus").

1. n. 4. Poſſunt etiam dari ſimul & promiſcue ob unitatem & identitatem obligationis correalis, quod in dubio certe exiſtimandum, & tunc inter hos fidejuſſores ſolvendo exſiſtentes diviſionis beneficium locum habebit, conf. Ronchegall. *ad l. 3. in fin. n. 48. & ſeqq. & ad l. 6. pr. ff. h. t. n. 9.* Notandum
nam paciſcentis, cujus omnino intereſt, ut proſit ſocio, qui alias exactus partem ejus quod ſolvit, correo ſuo reputaret, ut erudite diſſerit Bacchov. *d. theſ.* 9. *Lit. D. p. mihi* 425. In
29. tertio argumento *ex L.* 34. *ff. de recept. arbitris* accerſito, ſimiliter vacillat conſequentia. Nec enim Paulus ibi dicit, pactum unius ſocii nocere alteri, qui pactus non eſt, aut non compromiſit, ſed hoc tantum, quod eo ſocio, qui non compromiſit adverſus pactum alterius, quid faciente, pœnæ exactio detur contra alterum, qui ipſe contra pactum non venit. Dn. Struvius *d. l.* Bacchov. *ibid.* unde quoque facilis eſt reſponſio ad objectionem *l.* 5. *ff ſi quis Cantion:* perinde enim ut alteri ſtipulandi reo non ſocio minime nocet, quod alterum debendi judicio ſiſti impediit, ſed ex jure proprio pœnam commiſſam ab illo exigere poteſt: ita diverſum merito obtinebit, ſi ſocii fuerint. Si enim tunc is, qui non impediit pœnam petat, partem caperet, ex ſocii dolo & delicto, quod unicũ duntaxat lex improbat Dn. Struve *loc. proxim. citat.* Quã
30. opinionem negativam etiam in praxi obtinere volunt Petr. Heigius *part.* 1 *quæſt.* 37. *n.* 22. *& ſeqq.* Dn. Schilter. *ad* Π. *Exerc.*
31. 8. *theſ.* 41. Quibus ſic ſatis dilucide explicatis variæ Dd. diſtinctiones in hac enodanda quæſtione adhiberi ſolitæ, utrum ſcilicet rei credendi ſint ex cauſa oneroſa, an lucrativa ſi prius conſiderandum eſſe, an pecunia ab utroque præceſſerit, vel ab uno tantum, ſin poſterius, inſpiciendum eſſe utrum ſocii ſint vel minus de quibus diſtinctionibus videri poteſt Jo. Dom Gaitus *de credito cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 600. *& ſeqq.* facile
32. evitari poſſunt. Porro disquiſitionem meretur, an debitor contra alterum credendi reum, qui pactum de non petendo non fecit, exceptione pacti conventi catenus uti poſſit, ut pars paciſcentis de non petendo, â debito ſubtrahatur? Et exiſtimant aliqui exceptionem hanc convento nullatenus prodeſſe ſed quod correus credendi totum conſequi debeat, ita, ut nihil teneatur paciſcenti correo de non petendo reſtituere.

Alii

Alii contra ſentiunt, quod ſocii, qui non probarunt pactum de non petendo, agere duntaxat poſſint ad portionem quam fuiſſent conſecuturi, ſi nullum pactum interceſſiſſet, ſic ut pactum illud aliquid operetur *juxta l. 1. ff de pact. & l. 1. ff. de conſtit. pec.* quatenus ſcilicet paciſcens ſibi potuit præjudicare vid. eleganter Ronchegall. *ad l. eandem 9. §. Sed ſi quis 1. ff. h. t. n.* 34. ubi ſatis ingenioſe ita argumentatur: Si diceremus, nihil poſſe petere eum, qui non pepigit â debitore, infirmaretur per hoc concluſio proxime ſtabilita, quæ pactum hoc correo nocere negat. Si vero exceptio pacti debitori omnino præcludatur, ſequeretur inde totum hoc cum paciſcente de non petendo eſſe communicandum, quod turpe eſſet, vel quod exigens totum partem ſocii lucraretur, quod non ſatis convenit rationi. Quare relinquitur ſocium agentem, partem ſuam tantum conſequi poſſe.

Cumque eadem taciti vis ſit quæ expreſſi idem obtinebit, 33. ſi alter correus credendi reddiderit inſtrumentum obligationis reo debendi, nec enim præjudicabit alteri credendi reo, quo minus hic quod ſibi debetur petere poſſit Schilter *d. l. confer.* Lauterbach. *de tac. pact. remiſſor. ex reddit. Chirograph. præſumto vol. 3. Diſp. 22. theſ.* 68. ubi diſtinguit inter reos credendi ſocios & non ſocios, ſi ſocii ſint, alter dimidium qui petit, omnino audiendus, neque illi hæc exceptio opponi poteſt *l. 27. pr. ff de pact.* Cæterum ſi ſolidum petit pro dimidia partis quam tenetur communicare ſocio, qui cautionem reddidit, eidem recte opponitur Exceptio. At ſi ſocii non ſunt, exceptio pacti de non petendo, alteri qui cautionem non reddidit, opponi nullo modo poterit, ſed ille hac Exceptione non obſtante â debitore illo ſolidum petere poteſt *arg. l. 27. pr. & §. 4. ff. de pact.* Bacchov. *ad π ωλα tit. de pactis cap. de pactis unius ex pluribus reis n.* 3 Vinn. *de Pact. cap. 16. n.* 11.

Hactenus de pactis in perſonam dictum eſt, deinceps de 34. pactis in rem erit diſpiciendum, ubi communiter diſtingui

con-

conſvevit, utrum correi debendi ſocii ſint vel non, ita, ut
priori caſu pactum unius alteri proſit poſteriori non *L. idem*
25. pr. ff. de pact. ibiq. Brunneman. *in Comment. n. 1. arg. 1. ſi duo*
rei 34. pr. ff. de recept. arbitr. ibiq. Gothofred. *ad verbum ſocij ſint*
L. liberationem 3. §. nunc de effectu 3. in fin. ff. de liber. leg. Azo *in*
ſumm. C. h. t. n. 12. Pract. Ferrar. *in form. lib. contra plur. reos de-*
bendi verb. quilibet ipſorum n. 11. Donell. *C de duob. reis cap. 7. n. 2.*
& 3. libr. Comm. 12. cap. 17. junct. libr. 16. cap. 25. Lit. F. Peretz
ad C. h. t. n. 9. Vinn. *ſelect. jur. quaſt. libr. 1. cap. 6.* Nec quidquam
35 in contrarium facit *d. l. 3. §. 3. ff. de lib. leg.* ubi deciditur, quod
ſi teſtator uni ex correis liberationem legabit, ſiquidem ſocii
ſint, liberari eum debere per acceptilationem, unde quidam
colligere ſatagunt pactum non ſufficere neque prodeſſe alteri
36 ſocio. Verum nervoſe non minus, quam erudite, pugnam
hanc ſolvit ſeu dirimit Dn. Struve *ad Exerc. 6. theſ. 50. quaſt. 1.*
n. 1. aſſerens ibi plene non tractari hanc quæſtionem, an pa-
ctum ſocii ſufficiat ad liberandum ſocium correum: Sed hunc
duntaxat proponi caſum: Si Titius, cui ſoli liberatio legata
eſt, cum alio ſit debitor, ſi exigat ab hærede Teſtatoris acce-
ptilationem, an de negari illa queat? Ad quam expediendam
JCtus diſtinguit, aut Titius acceptilationem urgens, habet
correum ſuum ſocium, aut non. Poſteriori caſu accepti-
latio recte detrectatur, ne contra voluntatem teſtatoris tota
perimatur obligatio adeoque & correus alter liberetur.
Priori autem caſu Acceptilatio recuſari nequit,
quia nihil intereſt ſive pactum ſive per acce-
ptilationem correus ſocius liberetur, cum per neceſſariam
37 conſequentiam, etiam alteri ſocio correo hæc liberatio pro
ſit. At ex contrario, ſi rei ſocii non ſint, negatur quod pa-
ctum unius alteri proſit *per ll. ſupra cit. junct. l. qui hominem*
34. §. fin. ff. de ſolut. cui non obloquitur *l. 2. C. de duob. reis*, quæ
utique diſertis verbis de ſolutione loquitur, per quam obli-
gationem omnium reorum perimi tralatitium eſt, nec argu-
mentationem ab exactione & ſolutione ſolidi, ad pactum de

non

Digitized by Google

non petendo à correo factum, ſubſiſtere, paulo ſuperius jam oſtenſum. Quinimo *in d. l. 2.* pecuniæ mutuæ communiter acceptæ, expreſſa fit mentio, unde tacite colligitur, reos hoſce debendi ſocios ſimul fuiſſe Dn. Struve *d. l. quæſt. 2. p. 99.* Quod 38. tamen dupliciter limitatur: Primo ſi nominatim perſona correi pacto quoque comprehenſa ſit, tunc enim ipſi proderit ad exceptionem doli *L. idem 25, §. fin. l. videlicet. 26. ff. de pactis ibique* Brunneman. Secundo ut proſit pactum reis debendi 39. etiam non ſociis eatenus, quatenus ejus intereſt cui factum eſſe conſtat *L. Hæredi 21. §. fin. ff. de pact: l. fidejuſſori 213. in fin: ff. eod.* Verbi gratia: ſi pactum eſt factum uni correo de non petendo, alter vero conventus & exactus, haberet regreſſum contra eum, cui pactum factum eſt in totum quia forte tota pecunia ad eum pervenerat, vel in partem, ſi pars pecuniæ tantum pervenerit, eatenus enim illi pactum proderit, quia eatenus ejus intereſt, cui pactum factum eſt, vid: late Bart: *ad l: ex duob: ff. de duob: reis §. Sexto quæro de pacto vſ: declaro primo*, niſi id in ſpecie actum ſit ut à paciſcente tantum non petatur *L. niſi 22. ff. de pact. L. liberationem 3. §. 3. ff. de lib: leg:* Schrader. *ad tit: J. de duob: reis n. 43.* Quinimo exiſtimant 40. nonnulli ex æquitate & hodierna fori obſervantia, differentiam inter reos debendi ſocios, & non ſocios eſſe ſublatam, ita ut pactum liberatorium uni reorum factum, indiſcriminatim quoq; proſit alteri, quia ſemper paciſcentis interſit, ne ſolidum à correo petatur, ſicut id annotatum. Lauterbach: *in Coll: ſuo ad tit de duob: reis &* Dn. Schilter *ad π Exerc: 8. theſ. 41. poſt med:* ubi docet, omnes correos debendi hodie pro ſociis haberi. Sed numquid etiam correus debendi conditionem correi ſui 41. paciſcendo poterit facere deteriorem, & verius eſt, quod non poſſit, *per l. ſolvendo 39. ff. de neg. geſt: l. mora 32. §. 4. ff. de uſur:* niſi quod per conventionem & pactum alterius rei debendi præſcriptio ſimul contra alterum interrumpitur *l. fin: C. de duob: reis* Bart: *ibid: vſ: ſed quæro, an factum ab uno alteri noceat,*

T Quid

42. Quid vero. ſi uni ex correis debendi redditum fuerit Chirographum, cum tacita inde præſumatur remiſſio debiti & pactum de non petendo *per l.2. §.1. ff. de pact. ibique* Brunneman *n.* 2. Cujac: *vſ. at reddito Chirographo: Jaſon. n.* 1. *& ſeqq. nec non D. comm.* an inde etiam exceptio factæ liberationis alteri
43 correo competat? ambiguæ quæſtionis eſt, quam quidem negant Brunneman. *ad L.* 2. *ff. de pact. n.*10. *& Dn.* Schilter. *d. Exerc.* 8. *theſ.*41. *in fin.* motus tum *per l. fin. ff. de duob. reis*, ubi diſerte dicitur, multum intereſſe, utrum res ipſa ſolvatur, an perſona liberetur, hoc addito, quod cum perſona liberatur, manente obligatione, alterum durare obligatum, ibique Brunneman. *n.*3. Deinde hac ratione, quia hodie ipſo jure diviſa
44 cenſeatur obligatio, etſi pro indiviſo conſtituta, quibus. accedit quoque Faber. *in Cod. ſuo libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 3. *n.* 5. *& ſeqq.* contendens quod redditio hæc Chirographi inducat præſumtionem mandatarum correo adverſus correum actionum potius, quàm pacti de non petendo in favorem correi,
45. cui redditum Chirographum non fuit. Alii. porro diſtinguunt, aut is, cui traditum eſt inſtrumentum, non eſt aptus ad agendum & procurandum, & ipſe creditor ſolitus eſt & aptus judicia tractare, vel creditor eſt dives, debitor vero pauper, & tunc etiam illi donatum videri debitum alterius debitoris. Aut creditor tradidit înſtrumentum illi, qui conſuevit judicia tractare & lites per agere, & creditor eſt pauper, ille vero dives, tunc hoc caſu præſumi traditum inſtrumentum ut exigat ab altero debitore, & creditori deinde reſtituat exactum Menoch. *libr.* 3 *præſumt.* 140. *n.*6. *&* 7. Trentacinq. *lib.*3 *var. Reſolut. tit. Reſol.* 17. *n.* 2. Salgado *in Labyrinth. credit. part.* 1. *cap.* 29. *n.* 12.
46. *&* 13. Alii. inhærent diſtinctioni modo traditæ, an rei debendi ſint ſocii vel non, & caſu priori nullum dicunt eſſe dubium, quin etiam redditio hæc Chirographi, alteri debendi reo proſit, ſic minus illi tantum, qui ejusmodi cautionem recepit Vid. Vinn. *ad §.*1 *J. de duob. reis & in tract. de pact. cap.*1[illegible] *n.*5. *& ſ.* 99.

& ſeqq. Peret. *in C. eod. tit. n.* 6. Bacchov. *ad τὰ πρῶτα tit. de pactis cap. de pactis unius ex plur. reis n.* 2. Lauterbach. *vol.* 3. *Diſſ.* 22. *quæſt. de tac. pact. remiſſ. ex reddit. Chirogr. præſumt. theſ.* 6. 47.
Quid. igitur in tanta opinionum diverſitate ſentiendum? Equidem ut cum Poëta loquar:

Non noſtrum inter vos tantas componere lites Si tamen dicendum quod res eſt; negativa ſententia juri Juſtin. omnino videri queat conformior. At 2. n. 46. propoſita â jure hoc prorſus aliena eſt, utpote nulli legi, absque tamen qua loqui erubeſcimus, conſtituendi ſcilicet procuratoris ſive in rem ſuam ſive in rem alienam innitens aut ſuffulta Lauterbach *d. l. theſ.* 63. Tertia vero æquitatis, quam præ ſe fert, reſpectu in foro palmam aufferat. Per me igitur licebit unicuique, pro ut ſibi commodum fuerit viſum, quam velit amplecti.

Sed quid ſi creditor ſpe futuræ numerationis uni ex 48.
correis debendi inſtrumentum obligationis reddiderit, & hic â correo ſuo ſub prætextu, quaſi jam ipſius quoque portionem creditori ſolverit, ab eo hanc receperit, nec creditori reſtituerit, fiatque non ſolvendo numquid tunc creditori aliqua actio contra hunc correum erit reliqua? Proponit hunc caſum & negative reſolvit Anton. Faber *in Cod. libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 4. *per tot.* hac imprimis ratione uſus, quod creditor ignorante correo ſempronio Chirographum reddidiſſet, correo Titio unde circumventus Sempronius, juſtam ſolvendi pro parte cauſam habuiſſet. Debuerat enim creditor Sempronio ſignificare quid inter ſe & Titium geſtum ſit, atque denunciare, ne prius Titio, quàm is totum ſolviſſet, partem ſuam redderet, ſecus vero eſſe, ſi conſtet nihil dum Titio, â Sempronio eſſe ſolutum tunc enim nihil ipſi profuturum, quod â Titio inſtrumentum crediti habeat, ut pluribus deducit *Idem ibid. def* 5. *&* 6. ubi videri poteſt. Sed quid de eo caſu 49.
dicendum, ubi unus ex reis debendi pacto convento cum creditore debitum agnoſcat, utrum per hoc correis cæteris præ-

 judica-

judicabit? Et potius eſt, quod ejuſmodi agnitio habeat modo vim interrumpendi præſcriptionem adverſus alios *per l. fin. C. h. t.* quod ea ratione fortè conſtitutum, quia agitur de excluſione lucri, quod præſcribentes ſentirent cum alterius injuria, in aliis verò caſibus, non reperitur hujuſmodi pactitiam agnitionem habere effectum aliquem, quoad reliquos, qui pactionibus ſuis creditorem non agnoverunt, imo contrarium ſvadet regula, quâ cavetur rem inter alios actam aliis non præjudicare *rubr. & t. t. C. res inter alios act.* Ronchegal. *ad l. 9. §. 1. h. t. n. 48. conf. jam n. 41. huj. cap. tradita.*

50. Cumque magna inter pactum & transactionem ſit affinitas, non abs re nunc inveſtigandum erit, utrum unius correi debendi transactio alteri quoque proſit, cujus negativa deciſio colligi poſſe videtur *ex l. 1. C. de transactionibus*, ubi expreſſe ſancitum, quod transactio cum quibusdam ex curatoribus & Tutoribus facta, auxilio cæteris non ſit, in his, quæ ſeparatim communiterve geſſerunt, vel gerere debuerunt. Jam vero hujuſmodi tutores & curatores inſtar correorum eſſe, ſupra *cap. 4. n. 66. & 67.* oſtenſum eſt, E. quod hic in Tutoribus & Curatoribus determinatum, etiam ad correos

51. debendi erit applicandum. Accedit (2.) quod omnis transactio ſtrictisſimè accipi debeat, ita ut non egrediatur perſonas tranſigentes, vel ad alium extendatur caſum, ad inſtar ſententiæ, cui comparatur, *in L. non minorem 20. C. de transact.* hæc autem ſtrictiſſimæ eſt interpretationis *L. 1. C. ſi plures una ſent. l. terminato 3. C. de fruct. & tit. expenſ. ibique Dd* & inter ſolos litigantes jus facit, aliis vero nec nocet nec prodeſt. *L. 1. C.*

52. *res inter alios act. sl. Modeſtinus 10 ff. de Except.* Verum, æquior & benignior eſt ſententia affirmans correum per alterius correi transactionem liberari. Expeditum enim eſt totam correalem obligationem ſolutione. Unius rei exſtingui & abolveri *L. 2. ff. de duob. reis §. 1. in fin. J. eod.* At transactio æquiparatur ſolutioni, adeoque obligationem perinde tollet *l & poſt 7.*

poſt 7. §. 1. *ibique* Brunneman. *ff. de transact. n.* 1. *l. fidejuſſores* 68. §. *fin. ff. de fidejuſſor.* Ant. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 20. §. 7. *n.* 1. Quin igitur. per transactionem unius correi, & alter liberetur, dubitari nullo modo poteſt, & quidem citra ullam diſtinctionem, ſive ſocii fuerint ſive non. Id vero omnino neceſſarium eſt, ut transactio ſuper toto debito ſit interpoſita, non autem pro parte duntaxat tranſigentis virili. Hoc enim caſu transactio alteri reo non proficiet, niſi ad hoc, ut liberatus ſit in illa parte, quam creditor â tranſigente accepit. *l. ſi ex duobus* 15. *ff. de tut. & rat. diſtrah.* Hering. *de l. n.* 6. Cum igitur ex incontrarium allata *l.* 1. *C. de transact.* planum ſit, cum iſtis curatoribus ſeparatim & pro ſuis portionibus tantum eſſe transactum, ideoque in perſonas tranſigentium tantum directum, neque id actum, ut alter etiam liberaretur §. *alteri J. de inutil. ſtip. l. ſi unus* 27. §. *pacta* 4. *in fin. ff. de pact.* Richter *ad l.* 1. *C. de transact. n.* 13. *& ſeqq.* & quisque doli ſui pœnam ſuſtinere debet *d. l.* 15 *ff. de tut. & rat. diſtr.* Brunnemann. *in Comment. ad d. l.* 1. *C. de transact.* nihil officere poterit ſententiæ noſtræ hoc caſu, cum ſuper toto debito eſt transactum, utpote quo caſu totius debiti ſolutio ab uno ex pluribus tutoribus facta aliis quoque proficiat, Richter *ibid. n.* 7. *&* 20. quibus ita ſuppoſitis, ceſſabit etiam altera dubitandi ratio, quod transactio inſtar ſententiæ & rei judicatæ ſtrictiſſimè ſit interpretanda. Et hæc quidem de pactis dicta ſufficiant, transeundum nunc erit ad facta, circa quæ inſignis oritur difficultas, quandoquidem *in l. ex duob.* 18. *ff. de duob. reis* dicitur, quod factum unius correorum alteri noceat, contra autem *l. ſolvendo* 39. *ff. de neg. geſt.* iniqvum eſſe pronunciat, unius conditionem per alterum fieri deteriorem. Cui accedit *l. mora* 32. §. *ſed ſi duo* 4. *ff. de uſur. l. in condemnatione* 173. § *unicuique* 2 *ff. de R. J. cap. mora* 2. *X. de R. J. in 6to.* quæ itidem negant, moram alterius alteri nocere. Varie. ad hanc pugnam â Dd. reſpondetur, ſunt enim, qui diſtinguunt inter correos ſocios & non ſocios, *poſt*

 gloſs.

gloſſ. Ronchegall. *ad l.* 18. *h. t. n.* 2. nec non Schrader. *ad tit. J. de duob. reis n.* 44. Dynus. *ad d. cap.* 25. *X. de R. J.* 6to *n.* 33. Verum id nihil eſt, cum utrique textus indiſtinctè de correis loquantur, ubi autem lex non diſtinguit, nec nobis id integrum eſt, Ronchegall. *d. l. n.* 2. Wiſſenbach. *ad π. part* 2. *Diſp.* 26. *theſ.*
57. 25. *circa fin.* Alii diſtinguunt inter moram & factum, ut hoc noceat, illa vero non, quos ſequitur Donell *C. de duob. reis cap.* 7. *n.* 5. aſſerens, *de l.* 32. §. 4. ad ſolam duntaxat moram pertinere, cum ſcilicet ſpecies debita puta ſtichus promiſſus, neutro ex correis interitus cauſam præbente, unius tamen mora commiſſa periit, tamen illum, qui moram non fecit, certo jure liberari re nempe debita ſine ejus culpa peremta *per l. ſi ex legat.* 23 *ff. de V. obl.* moratorem autem ea ratione in obligatione retineri, quandoquidem is ſua culpa obligationem perpetua-
58. vit, *L. ſi ſervum* 91. §. *ſequitur* 3. *ff. eod.* Sed. hæc reſponſio non placet Wiſſenbach. *d. diſp.* 26. *theſ.* 25. concedenti quidem *in d. l.* 91. §. 3. *vſ. ſi effecerit ſi vero moratus ſit* diſtingui inter moram & factum, veruntamen ſolidam diverſitatis rationem dari non poſſe aſſerenti, cum ipſa etiam mora facti ſit *L. mora*
59. 32. *in fin. ibi cum ſit magis facti, quam juris ff. de uſur.* Hinc, aliam iniit conciliandi rationem ipſe Wiſſenbach *ad L.* 173. §. 2. *ff. de R. J.* Satis quidem ingenioſe contendens verbum nocendi frequentius quidem poni pro damno afficere, ſed *in d. l. pen. ff. de duob. reis* idem potius ſignificare, quod non prodeſſe, ita ut ſi unus ex duobus reis promittendi, ſtichum promiſſum occiderit, hoc factum noceat correo, i. e. non proſit ei in liberationem vel eum obligationi non eximat, ſed utrumque manere obligatum, in quam ſententiam quoque laudat Cujac. *libr.* 5. *obſ. cap.* 39. ſed reſponſio hæc potius ſapit ſubtilitatem aliquam Theoreticam, quam ut in foro ullam utilitatem habere
60. poſſit. Alii. denique diſtinguunt inter ipſum factum ab uno reo perpetratum, utrum illud ſcilicet, egrediatur terminos promiſſionis, veluti, ut ad uſuras rei, ob moram ſuam non

Digitized by Google

non præſtitiæ teneatur reus *d. l.* 32. §. 4. *ff. de uſur.* & tunc volunt ſequendam eſſe negativam, cum non patiatur juris ratio, augeri communem obligationem, altero invito: An vero hoſce primævæ obligationis terminos non egrediatur, puta, ſi unus fecerit, quo minus præſtari poſſit animal v. gr promiſſum, temere ab uno correorum, ſi ſit interemtum, tunc enim factum unius correi, alteri quoque nocebit & præjudicabit, *vid. l. pen. ff. de duob. reis ibique* Ronchegall. *n.* 1. & hanc in rem pluribus Pract. Ferrar. *in form. libell. contr. duos reos deb. in verb. ſolutionum rei.* Donel. *de duob. reis cap.* 9. *per tot.* Ant. Faber. *in Cod. ſuo libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 2. *n.* 15. *& ſeqq. junct. def.* 7. *per tot.* Bacchov. ad Treutler, *vol.* 2. *Diſp.* 27. *theſ.* 9. *lit. F. in med.* Richter *in Centur. regul. reg.* 5. *n.* 10. *& ad Auth. hoc ita. C. de duob. reis n.* 25. Dn. Struve *Exerc.* 47. *theſ.* 30. Brunneman. *ad l. pen. ff h. t. & ad cap* 25. *X. de R. J. in* 6. *n.* 6. 7. Zœſius *in comment. ad h. t. n.* 12. Vinn: *libr.* 2. *ſel. quaſt. cap.* 10. *pag.* 333. *& ſeqq.*

In reis. credendi ſimiliter quæritur utrum mora in accipiendo ab uno commiſſa alteri noceat? quod itidem affir- 61.
mandum. Cum enim quilibet poſſit ſolutionem recipere *l. ſi unus* 27. *pr. ibi tantum enim conſtitutum ut ſolidum alter petere posſit ff. de pact. l. ſi rem* 31. §. 1. *ibi uni recte ſolvi, & unum judicium petentem totam rem in litem deducere ff. de novat.* & per hoc alter credendi reus â petitione excludatur per realem etiam obligationem uni factam, alteri præjudicabitur. Quod tamen. 62.
ita limitat ſeu modificat Ronchegall. *ad l.* 18 *ff. de duob. reis n.* 10. *in fin.* ut quidem noceat hæc mora omnibus credendi reis ad effectum liberationis ipſius debitoris, qui conſtituit in mora creditorem unum. Quatenus autem ad moroſum ipſum & cœteros credendi reos dicendum, quamvis mora videatur commiſſa in ſua re propria vel ſibi debita, tamen iis caſibus, quibus alii per illum damnum ſentiunt, ut quâ facta ſolutione crediti, illi conſecuturi eſſent partem ſuam ab eo, qui totum exegiſſet, nocere non debet, quo minus non moroſi

agant

agant adverſus moroſum ipſum *arg. l. loci corpus* 4 §. *Si fundus*
3. *& l. ſi de communi* 19. *ff. Si servit vind.* Unde. facile reſolvi
63. quoque poteſt, quæſtio illa, an ſi forte poſt interpellationem
ab uno credendi correo factam, res debita facta ſit teterior,
num hoc proſit etiam iis, qui non egerunt? Etſi de interruptione præſcriptionis ſermo eſt, res omni caret dubio *per l. fin. C. de duob. reis* quod ſi de perpetuanda actione agatur, ut debitor deinceps de interitu teneatur convenirique poſſit, idem cum Bart. videtur dicendm, cum idem quoque foret in quocunque alio, qui interpellationem faceret, etiam alterius nomine, quo fit, ut idem multò potius ſit admittendum in caſu noſtro, quia interpellatio fit ab eo, qui jus habet in re ipſa vid. Roncheg. *d. l. n.* 12.

64. Diſpiciendum quoque nunc paucis de culpa ab uno reorum debendi admiſſa, an ea quoqne alteri correo noceat? quâ de re Ronchegall. *d. l. n.* 16. *& ſeqq.* talem putat regulam eſſe conſtituendam, quod nempe unius correi culpa alteri non noceat, quia culpa moræ admodum ſit cognata & vicina Id. *ibid. n.* 13. mora autem unius correi alteri non noceat, qer tradita jam hoc ipſo *cap. n.* 55. cui ſubſequens accedit ratio, quia, qui cum alio ſimul obligatur, ad id debet teneri, quod tunc fiat expreſſum, & quatenus ad illud, cum accedat expreſſa illius voluntas, non poteſt dici ei factum aliquo modo præjudicium. At ſi forte obligaretur ex culpa conſocii, id eſſet contra illud, quod hic agere intendebat, quam ob rem conveniens eſt, ut ſi quid principali debito accedat ratione culpæ ab uno commiſſæ, quod ab eo, qui culpæ autor exiſtit, ſolidum exigatur, â cujus regulæ æquitate diſcedendum negat, pro ut pluribus id perſequitur, regulamque modo memoratam â pluribus objectionibus liberat *conf.* de eadem quæſtione *Ceſſ.* Bargal *de dolo libr.* 2. *diviſ.* 6. *n.* 18. *per tot.* ubi complura in utramque partem argumenta congerit, tandemque diſtinguit ex Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed* 1. *quæſt.* 33. *n.* 382.

33. *n.* 382. ut in lucro faciendo dolus & culpa unius correi noceat alteri in damno autem vitando non noceat, ſive quod eodem recidit, in quærendis noceat, inquæſitis non item, qui hac de re, ſi ita viſum plenius conſuli poteſt. Secus 65.
eſt. ſi communis utriusque rei culpa intercedat, ubi & utrique culpa nocet Ronchegall. *d. l. n.* 17. *& ſeqq.* aut quando ex negligentia culpa vel facto alterius, aliquid ad alterum perveniſſet, unde factus eſſet locupletior cum alterius jactura, tunc enim culpæ alterius utique obnoxius eſt Bargal. *de dolo libr.* 6. *reg.* 36. *n.* 16. Quid vero. in reis creden- 66.
di ſtatuendum, num & hic ex dolo vel culpa unius alteri fiat præjudicium; Et Ronchegall. quidem *d. l. n.* 20. hâc de re talem conſtituit regulam, quod dolus vel culpa unius rei credendi alteri non noceat, quo minus experiatur adverſus debitorem, ne alteri per alterum inferatur iniqua conditio *l. non debet* 74. *ff. de R. J.* & ne res inter alios acta aliis præjudicet *rubr. & t. t. C. res intra alios act. add.* Bargal. *de dolo. libr.* 2. *diviſ.* 6. *n.* 18. *fin.* ubi ſub priori diſtinctione inter adquiſita & adquirenda hanc quæſtionem reſolvit. Prono hinc. quaſi fluit alveo, quod ob temerariam litem 67.
ab uno correorum debendi ſuſceptam alius correus, cui nihil imputari poteſt, minime ſit onerandus, cum ex facto alterius, durior ipſius conditio reddi non debeat *L.* 2. *ff. quod vi aut clam l. ſolvendo* 39. *ff. de negot. geſt. L. mora* 32. *§. pen. ff. de uſur.* quod tamen limitatur, niſi lis correo fuerit denuntiata, & tamen hic non ſolverit Vid. Ant. Faber. *in C. ſuo libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 8. *per tot.*

U CAPUT

Digitized by Google

CAPUT SEPTIMUM.

DE CONVENTIONE REORUM ALIISQVE EO PERTINENTIBUS

SUMMÆ.

1. *Præcipuus obligationis effectus eſt conventa reorum.*
2. *Quænam actio contra correos competat? & n. 4.*
3. *In dubio ad utrumque mutuum perveniſſe exiſtimandum.*
5. *Rei ſtipulandi, vel ſimul. vel unius eorum tantum debitorem convenire poſſunt & n. 6.*
7. *Et inter reos debendi vel unum in ſolidum convenire vel ab omnibus portiones petere poſſunt.*
8. *Partium petitio in dubium vocatur.*
9. *Et reſolvitur.*
10. *Dubium circa exactionem ſolidi ab uno credendi reo factam.*
11. *Cui reſpondetur.*
12. *Si unus credendi reus partem ſuam à debitore exegit an ita diviſio facta ſit, ut ſolidum ab eo amplius petere nequeat? quod negatur.*
13. *Libera hæc electio creditori nec per reſcriptum principis auferri poteſt.*
14. *Non uno tantum, ſed diverſis etiam libellis rei credendi debitorem convenire poſſunt & n. 15. ubi limitatur.*
16. An ſi unus reorum credendi agat contra debitorem ad integram ſummam, teneatur cavere correum ſuum rem ratam habiturum? & n. 17.
18. *Rei debendi etiam à creditore vel uno vel diverſis libellis conveniri poſſunt. & n. 19. ubi limitatur,*
20. *Proteſtatio obſervanda, ſi correi debendi uno libello conveniantur & n. 21.*
22. *Quæ improbatur & n. ſeqq.*

28. Si

28. *Si plures rei in ſolidum ſunt condemnati, in executione tamen excusſio fieri debet facultatum cujusque.*

29. *Duplex caſus, quo proteſtatio prædicta omnino ſupervacanea eſt, & n.* 30.

31. *Etiam rei credendi omnes absque proteſtatione hac debitorem ſuum ſimul convenire poſſunt.*

33. *Omnibus debendi reis ſimul conventis poſtea periculum pertinet ad creditorem, ſi forte aliquis correorum labatur facultatibus & n.* 34. *ubi limitatur.*

35. *Diſcedit à priori ſententia Ronchegallus.*

36. *Diſtinctio inter diviſionem ab ipſa lege, & creditore factam.*

37. Quid obtineat, ſi unus & alter reus, vel in partem aliquam, vel in ſolidum conveniatur?

38. *An per hoc quod unus reorum debendi pro parte conventus eſt diviſio debiti videatur eſſe facta?*

39. *Rationes pro affirmativa.*

40. *Argumenta pro negativa & ſeqq.*

46. *Reſpondetur ad argumenta pro affirmativa ſententia adducta & ſeqq.*

51. *In praxi tamen affirmativa ſententia obtinet & n.* 52.

53. *Affirmativa dupliciter ampliatur &* 54.

55. *Et varie limitatur.*

56. *Hinc ſupervacaneæ ex praxi hodierna variæ Bartoli diſtinctiones.*

57. *Si ſolidum ab uno reorum debendi exegit creditor, ſolvere hic illud tenetur & ſeqq.*

60. *Non petitio nuda, ab uno correo facta alterum liberat, niſi acceſſerit ipſi ſolutio &* 61.

62. *Jure noviſſimo tamen diviſionis beneficium uni in ſolidum convento competit.*

63. *Si unus reorum in ſolidum conventus ſit ſolutione non impetrata regreſſus ad reliquos patet.*

Digitized by Google

64 *Etiamſi reus ante conventus appellaverit, tamen correus conveniri poteſt & ſeqq.*
67. Uno reorum convento contra reliquos interrumpitur præſcriptio.
68. *Quid quoad interruptionem præſcriptionis in duobus reis credendi obtineat?*
69. *Extra judicialis interpellatio præſcriptionem non interrumpit.*
70. *Interruptio procedit ſive rei ſocii ſint ſive non.*
71. *Et tam in contractu correorum proprio quam inſtitoris.*
72. *An reus credendi alterum poſſit conſtituere procuratorem ad agendum.*
73. *Diſtinguitur inter exactionem ſolidi & ſeqq.*
76. *Et exactionem partis.*
77. *An reus debendi correum ſuum procuratorem conſtituere poſſit?*
78. *An exceptio uni ex correis debendi comparata, alteri quoque competat? & ſeqq.*
81. *Correus debendi compenſare nequit, quod alter creditori debet, niſi ſocii fuerint.*
82. *Ratio hujus.*
83. *Diſtinguunt quidam inter ſocios omnium bonorum & unius tantum negotiationis & ſeq.*
85. *Exceptio hac compenſationis eatenus tantum admittenda, quatenus conſiderari poteſt intereſſe creditoris ex cujus perſona illa competit, non ultrà.*
86. *Idem obtinet in reis credendi.*
87. *An exceptiones mixtæ uni debendi correo competentes alteri quoque convento proſint? & 88.*
89. *An correus pro altero correo teſtis eſſe juſſit & n. 90.*
91. *Correi unius confeſſio alteri non præjudicat.*
92. *Quid de confeſſione unius correi credendi ſentiendum?*

93. *An juramentum alterius correo debendi delatum alteri proſit vel noceat?* & 94.

95. *Si ab altero debendi correo, creditori juramentum ſit delatum, id correo non nocet.*

96. *Sententia contra unum debendi reum lata, an correo noceat? & ſeqq.*

100. *Si plures rei eadem ſententiâ ſint condemnati, quilibet cenſetur pro parte tantum condemnatus.*

101. *Ratio hujus aſſerti.*

102. *Diſſentit Ronchegallus.*

103. *Caſus aliquis annotatur.*

104. *Sententia contra unum credendi reum lata, cæteris quoque præjudicat.*

105. *Appellatio unius correi debendi contra creditorem correo non prodeſt.*

106. *Contraria ſententia proponitur,*

107. *Et refutatur.*

SEd inter effectus vel præcipuo jure cenſeas reorum ita ut ſupra expoſitum eſt obligatorum conventionem. Neque enim ſemper & promte ad ſolutionem ſe offerunt, ſed eundum ad judicem ſæpè eſt, ejusque officio hi, ad ſolutionem malè dilatam adigendi, quod quomodo rectè fiat, nunc disquirendum. Prænotamus autem actionem, qua correi conveniendi, non ſemper eandem, ſed pro veritate contractuum, ex quibus conſtituti ſunt, diverſam competere. Sic qui ex mutuo obligati ſunt, condictione certi *arg. l. ſi non ſinguli 5. ibi, ejus pecunia nomine vos convenire poſſit* C. *ſi certum pet.* Ubi 3. notandum, quod in dubio mutuum ad utrumque perveniſſe exiſtimandum ſit, niſi unus tantum habeat adminiſtrationem Ant. Faber. *in* Cod. *libr.* 4. *tit.* 14. *def.* 21. Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. de duob. reis* Brunneman. 1.

[Margin numbers: 1. (line 1), 2. (line 6), 3. (line 11)]

4\. man. *add. l. 5. C. ſi cert. pet. in fin.* Rurſus. qui ex ſtipulatione
condictione itidem certi, aut actione ex ſtipulatu, correi
emendi actione emti venditi, conducendi, actione locati con-
ducti pulſabuntur, & ſic conſequenter.

Cumque. duobus ſtipulandi reis ſingulis ſolida ſit ad-
5\. quiſita obligatio, ut ſuperius demonſtratum, hinc iis integrum
eſt, utrum omnes ſimul, an unus tantum contra reum de-
bendi agere velint Bart. *ad l. 3. §. fin. h. t.* Schrader. *J. eod. n.* 13.
Etſi enim. *l. in duobus 3. §. 1. ff. de duobus reis*, de reis debendi
6\. duntaxat ſit concepta, quo etiam omnino tendit, exemplum
rei principalis & fidejuſſoris â JCto allatum, inde ſequi vi-
detur, quod hæc diſpoſitio ad correos credendi porrigi ne-
queat. Imo *pr. h. t.* duntaxat de correis debendi agat, unde
declaratio probabilis ſumi queat §. 1. itidem ad hos tantum-
modo pertinere: Verius tamen eſt, etiam credendi correos
ſub hac diſpoſitione compræhendi. Nec enim illius verba
huic interpretationi quidquam repugnant, cum JCtus *in pr.
d. l.* petendi verbo utatur, quod tam activum, quàm paſſi-
vum ſenſum admittit. Unde recte infertur JCtum hanc
ſuam deciſionem ad ſolos debendi reos neutiquam reſtrin-
xiſſe. In exemplo itidem â reo principali & fidejuſſore de-
ſumto parum ponderis, cum illud generalem hanc deciſio-
nem arctare non poſſit, exempla namque regulam non re-
ſtringunt, *arg. §. hactenus 7. J. de grad. cognat. & arg. l. regula
9. §. fin. ff. de Jur. & fact. ignor. vid* Ronchegall. *ad l. 3. §. ubi
duo ff. de duob. reis n. 2. & 3.* Perinde. in arbitrio credito-
7\. ris eſt, correos debendi, unam quippe obligationem ſuſti-
nentes, in ſolidum convenire vel ab omnibus proratis por-
tionibus debitum exigere, aut aliquem tantum illorum ſoli-
di petitione onerare *L. reos promittendi 11. pr. ff. h. t. l. Creditor.
2. C. eod. junct. §. J. de duob. reis* Gometz *var. reſol. tom. 2. cap. 12.
n. 2.* Göddæus *de contrahen. commit. ſtip. cap. 9. concl. 5. n. 81. &
ſeqq.* Card. Tuſcus. *in commun concl. lit. R. concl. 107. n. 1. 61.* Nec

obſtat.

obſtat, quod hic ſubſit eadem obligatio & actio, quam ſi 8.
creditor velit dividere agendo ad partes, videatur cogendus
ad inſtantiam reorum redintegrare petitionem ſeu ſimul,
vel cum uno tantum agere, & hoc ideo, ne rei diverſis in-
ſtantiis fatingentur, quo facere inſuper videtur, quod
cauſæ continentia facile dividenda non ſit *per l. nulli* 10. *C. de*
jud. ibique Dd. Quandoquidem, ex propria primordialique 9.
natura obligationis plurimum in eadem ſumma pro parti-
bus virilibus tenentur debitores *l. reos promittendi* 11. §. 1. *ff. h. t.*
creditor autem curavit, ut præterea correi teneantur in ſo-
lidum, eo ut magis ſibi ſit proſpectum, & ab uno, ſi ita viſum
ſit ſolidum capere poſſit, hâc cautione in ipſius gratiam
appoſita, non debet ei minus licere, quam licuiſſet eadem
non appoſita, quia tunc favorem proprium ſpernit, *l. nulla*
Juris ratio 25. *ff. de legibus*, & omnibus licitum eſt, juri pro ſe
introducto renuntiare *l. ſi quis* 29. *C. de pact.* cum igitur liceat
pro ſolido quemvis convenire debet quoque id licere pro par-
te *l. qua de tota* 76. *ff. de Rei vind. pr.* Similiter, exactio ſolidi 10.
ab uno correorum debendi facienda creditore, inde in du-
bium vocari poſſe videtur, quod omnes credendi rei jus ha-
beant in debita re *per l. eandem* 9. §. *fin. ibi in perſona cujusque*
propria ſingulorum conſiſtit obligatio ff. h. t. unde probabiliter
dicendum videbatur, non poſſe unum ex reis ſtipulandi
abſolute convenire debitorem de ſolido debito, ſed ſi unus
agere velit, id illi non videtur licere ſine interventu vel man-
dato cæterorum, quibus æque ex ipſa conſtitutione debitoris
jus eſt quæſitum, nec id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro
in alium transferri poſſit, *l. id quod noſtrum* 11. *ff. de R. J. ibique*
Dd. Verum, eô non obſtante rectius definivit Javolenus *in* 11.
l. 2. *ff. h. t.* petitione unius ex pluribus reis vendendi recte agi
ad ſolidum debitum, addita ratione, quod unius petitione to-
ta ſalvatur obligatio, quæ ſolida in ſingulorum perſona re-
ſidet, perinde ac ſi unusquisque ſolidam ipſam quantitatem
ſtipulatus ſibi ſoli eſſet *l. ſi rem* 31. §. 1. *ff. de novat.* At

12. At verò. quid dicendum, ſi unus credendi reus partem ſuam â debitore exegit, an per hæc inducta erit quoad cæteros credendi correos diviſio, ita ut ſolidum â debitore amplius exigere nequeat? Negativa ſententia omnino erit amplectenda, tum quod beneficium diviſionis *per Nov.* 99. reis debendi indultum, nullibi ad correos credendi ſit extenſum, tum quod is, qui ad exactionem ſolidi agit, per præoccupationem cæteris credendi correis præjudicat, *per l. ex duob.* 16. *ff. de duob. reis*, idem igitur obtinebit quoad actionem partis, niſi forte ſtipulandi correus priorem in reliquarum partium exactione prævenerit. Cum enim cuivis reo credendi ſolidum debeatur. ac ſi unusquisque totum ſibi eſſet ſtipulatus *l. ſi rem* 31. §. 1. *ff. de novat.* ubi autem unus duntaxat eſt creditor unius ſummæ, is partem aliam petendo, recte agit, nec intelligitur ſibi facile præjudicare velle in reſiduo, ſequitur inde quod non videatur prohibita alterius etiam partis petitio in alio judicio vid. Ron-
13. chegall. *d. l. n.* 46. Adeo. ut libera hæc electio creditori, nec per reſcriptum principis aufferri poſſit *L.* 3. §. 1. *ff. junct. L.* 2. *l. exprimere* 3. *in fin. C. h. t. ibiq.* Brunneman. *in Commment.* Lau-
14. terbach. *in Coll. π. adh.* t. Nec. uno tantum ſed diverſis etiam libellis duo pluresve rei credendi reum debendi convenire poſſunt Bart. *ad L.* 3. §. *fin. n.* 5. *ff. de duob. reis arg. L. ſupra iter*
15. §. *Caſſius ff. de aqua pluv. aſcend.* Nihilominus. tamen reo petente coguntur rei credendi favore litium diri mendarum, cum uno eodemque libello, atque coram eodem judice convenire, *arg. l. hujusmodi* 84. §. *fin. de legat.* 1. *l. non eſt novum* 10.
16. *ff. de action. empti*, Schrader *ad tit. J. de duob. reis n.* 15. & 16. Sed hic non importune quæritur, an unus ex reis credendi agat contra debitorem ad integram ſummam, teneatur cavere, alium rem ratam habiturum? Quod quidem recte negatur, cum jus ſolidi exigendi per ipſam obligationem correalem ſit adquiſitum. Interim tamen licet hac cautione onerari nequeat, quia non agit, nomine alieno. ſed ſuo tantum, tamen

tene-

tenetur cavere de defendendo debitorem ſi conveniretur ab alio reo credendi *per l. fidei commiſſa 11. §. Si evenit 21. in fin. ff. de legat. 3.* Bart. *ad l. Si ex duobus §. Si à Titio ff. de duob. reis in fin. ubi id notandum monet, & ad Auth. hoc ita C. eod. 2. quaſt. pr. §. Duodecimo quæro.* At vero cum per ſolutionem ſolidi ſemel factam, obligatio correalis prorſus exſtincta ſit, cautio 17.
iſta omnino erit ſupervacanea, ut propterea alteri credendi ſ. ſtipulandi reo nulla amplius actio competere poſſit. Unde etiam Brunneman *ad d. l. 11. cum* Ronchegall, *in l. reos 11. pr. ff. de duob. reis n. 74.* id de eo caſu intelligit, ſi alii agere vellent de facto. Idem in reis debendi obtinet, qui â creditore 18.
vel uno, vel diverſis quoque libellis poſſunt conveniri autore Bart. *ad L. 2. ff. h. t. per l. ſi quis ſeparatim 10. pr. & §. 1. ff. de appellat. junct. l. in exſecutione 85. ff. de V. O. arg. Auth. hoc ita. C. de duob. reis ibi negotium communiter examinatur.* Schrader. *J. h. t. n. 53.* Berlich. *part. 1. concl. 12. n. 12.* Carpzov. *part. 2. conſt. 6. de. 22. n. 4.* Diverſis tamen. libellis, ſi graventur perinde 19.
integrum iis erit apud judicem inſtare, ut uno rem libello expedire jubeatur, *per jur. proximè allegata.* Quod quidem ſic obtinet, ſi portiones viriles â ſingulis exigantur.

Sin vero. quilibet conveniatur in ſolidum unoque li- 20.
bello rem cupias dari confectam, proteſtationem aliquam Bartolus *d. l.* ſuppeditat, qua dicas: Etſi plures â te in ſolidum conveniantur, una nihilominus ſolutione te fore contentum, *arg. l. 1. C. Si plures una ſent. L. Paulus 43. ff. de rejud. L. ſi mandato Titij 59. §. Paulus 3. ff. mandat.* Eamque. ceu ex- 21.
iſtimat tantæ neceſſitatis, ut omiſſa ineptum reddat libellum, nec ſuper eo pronuntiari queat *L. 1. C. de fidejuſſor. tut. ibique* Brunneman. *in Comment. circa fin.* Pract. Ferrar. *in form. libell. contra duos reos debendi, verb. contra & adverſus n. 1.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 37. n. 47.* Card. Tuſchus *in commun. concl. lit. D. concl. 54. n. 4.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. libr. 15. tit. 5. n. 8. in fin.* Veruntamen. ab hâc Bartoli ſententia pri- 22.

X dem

Digitized by Google

dem divortium fecit Baldus *ad l. ſi pluribus ff. de legat. 2.* quem ſequitur Angel. Aretin. *ad §. duo pluresve J. de duob. reis n. 2.* Jo: de Icola & Paulus de Caſtro *ad d. l. ſi pluribus.* Alex Trentacinq: *Var. Reſol. libr. 3. tit. de ſolut. Reſol. 34. n. 42. verſ. Nono quaro*, Exiſtimantes, quod dicta clauſula, ſemper inſit ex natura actionis intentatæ, correalis ſcilicet, in qua unica ſolutio omnino ſufficit, ideoque in libello idem tacite deductum videatur nec neceſſarium ſit exprimere *per l. 3. ff. de*
23 *legat. 1.* Si enim proteſtatio hæc non ſubaudiretur tacite ſequeretur inde, quod actor quantitate plus peteret, quàm ſibi debeatur contra *L. 1. C. de plus petit.* proinde verba debent intelligi modo prædicto, ne actor videatur delinquere Franc.
24 Aretin. *ad L. in duobus 3. §. ubi duo 1. ff. de duob. reis.* Aliter diſtinguit Salicet. *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis quaſt. 5.* proteſtationis nempe formulam quod attinet ſpectandum eſſe, utrum in libello tantum petita ſit condemnatio, an vero ſolutio inſuper inſolidum. Illo enim caſu valebit libellus, abſque etiam hac proteſtatione, cum condemnatio reſpiciat obligationem, non item hoc caſu, cum coactio ad ſolutionem concernat actionem; ſolidi, utrique ſane reorum
25 minime imponendam. Et hanc poſteriorem Baldi ſententiam præ altera cum Trentacinquio loco proxime citato ſequendam reor, præſertim cum ipſe Bart. *ad l. 3 ff. h. t. §. 1. verſ. quarto quaro in fin.* annotante Angel. Aretin. *ad §. duo pluresve J. de duob. reis n. 2.* ſibi ſit contrarius, aſſerendo libellum ejusmodi tenere, ſi non opponatur exceptio, unde reus ſibi ipſi imputare debeat, quod de hoc non exceperit, ſi tamen quis ſecluſa hinc omni neceſſitate, ſolo eo commotus, quod ſuperflua cautio non noceat, proteſtationem hanc opponere velit, id quidem per me licebit.
26. In legibus certe ſuperius pro affirmativa ſententia allegatis, quidquam firmi præſidii nequit collocari, quandoquidem *l. 1. C. ſi plures ead. ſent.* expreſſe de ejusmodi caſu loquitur,

quirur, quando rei in ſolidum conveniri nequeunt notante id Brunnemann. in Comment. *ad d. l.* eadem ratio eſt *L. Paulus 47. ff. de re jud.* ipſis textus verbis id diſerte inſinuantibus Confer Brunnemann. *ad d. L. & L. mandat. 59 §. Paulus 3. ff. mandati*, utpote. quæ expreſſe dicit ex duobus mandatoribus unum quidem in ſolidum eligi poſſe, poſt condemnationem vero in duorum perſonam collatam, neceſſario ex cauſa judicati ſingulos ex parte dimidia conveniri poſſe. Quid vero id ad proteſtationem Bartoli adeo ſolicite inculcatam? Ad. *L. 1. C. de fidejuſſ. tut. vel curat.* reſpondet Angel. Aretin *d. l.* quod habeat reſpectum ad exactionem tantum, quæ 27
non poteſt fieri à quolibet in ſolidum, quod contra bonam fidem eſſet futurum Brunneman *ad d. l. 1.* non autem ad formam petendi, ſubjungens iſtam partem eſſe communem & obſervandam. Hinc ipſe etiam Bart. *in l. in duob.* 28
ff. de duob. reis §. quarto quaro vſ. Secundo poterat diſerte tradit, quod ſi plures rei in ſolidum ſint condemnati, tamen tempore executionis fieri debeat excuſſio facultatum cujusque & ſi uterque ſit ſolvendo fieri debeat excuſſio pro parte, vel ſi alter pro ſua parte non eſſet ſolvendo, fieri debeat contra unum, qui ſcilicet ſolvendo eſt. Nec in eo ſubſiſtit Ronchegall. 29.
d. l. proteſtationem hanc omnino extra neceſſitatem eſſe poſitam, ſed duplicem porro *n. 63. & ſeq.* efformat caſum, in quo illa omnino ſit ſupervacanea. Primum quidem ſi agat aliquis adverſus plures in ſolidum, pro eo, quod pro partibus præſtari recte nequit, re nimirum ſ. ſpecie individua, cum tunc ex neceſſitate in ſolidum conveniantur *per l. In executione 85. §. In ſolidum 6. ff. d V. O.* Secundum vero, ſi forte agatur adverſus plures obligatos ad idem ſolidum, at ita ut unius ſolutio alios non liberet *juxta l. item Mela §. Sed ſi plures 2. ff. ad l. Aquil.* Veruntamen ſi uterque propoſitus caſus recte inſpi- 30.
citur, facile patet, neutrum ſane ad duos reos pertineret & neutros hoc caſu tales conſtitutos. Non priori quia ex ſola rei

 indi-

individuæ promiſſione, haut efficiuntur duo rei promittendi ſ. debendi, ut jam oſtenſum *ſupra cap.* 3. *n.* 109. *&* 110. nec poſteriori, cum ex delicto duo rei debendi non fiant per tradita *cap.* 4. *n.* 120. *& ſeqq.* Superfluum ergo alienis his caſibus
31. immorari. Idem obtinet quoque in reis credendi, ut & hi quoque reum vel reos debendi convenire poſſint, omiſſa proteſtatione hac ſe una ſolidi ſolutione fore contentos Ronchegall. *ibid. n.* 68.
32. Nullo hinc negotio hoc elicitur conſectarium quod ſi libellus contra omnes correos conjunctim ſit porrectus, actori poſtea amplius integrum non eſſe, ſingulos in ſolidum abvenire, deſinit ſiquidem jus petendi ſolidum ex conjuncta petitione, vel ut per tacitam renuntiationem, quæ tali facto ineſſe creditur. Vid. eleganter Mevius *part.* 6. *deciſ.* 92. *n.* 2. *& ſeqq. add. l.* 16. *C. de fidejuſſor. & L. inter fidejuſſores* 51. *§. cum*
33. *inter* 4. *ff. eod.* Unde deducere communiter ſatagunt, facta ejusmodi diviſione, periculum pertinere ad creditorem ipſum, ſi forte aliqui ex reis labātur facultatibus, ſic ut ad alios pro parte hâc reverti nequeat. *l. inter eos* 51. *§. cum inter* 4. *ff. de fidejuſſor. l. liberum* 16. *C. eod* Mevius *part.* 3. *deciſ.* 419. *& part.* 6.
34. *deciſ.* 92. *n.* 2. *& ſeqq.* Niſi creditor remiſſioni ſolidi expreſſam hanc adjeciſſet conditionem ſi pars ſtatim & ſine lite præſtaretur, tunc enim ad correos debendi pro hâc parte omnino pateret regreſſus: Factum enim vel quæſitum ſub conditione, illa non exiſtente, ſive deficiente, habetur, ac ſi nun-
35. quam fuiſſet *l. decem* 116. *ff. de V. O.* Verum diſcedit ab hac ſententia Ronchegall. *ad l.* 3. *§. ubi duo ff. de duob. reis n.* 38. *&* 39. exiſtimans, quod illa nec *per Dd.* nec aliis validis rationibus ſtabiliri poſſit, leges etenim citatas de fidejuſſoribus tantum loqui, nec ad correos eſſe extendendas, quandoquidem lex mitius agat cum fidejuſſoribus, qui alieno morbo laborant, quam cum reis, qui ex proprio facto tenentur. Unde creditor cenſendus ſit ſuum conſequi velle omni meliori mo-

do,

ſo, adeoque ſi egerit ad partes, capiendam hanc interpretationem, ſi ſit illi pro partibus ſatisfactum alias non. Satis id quidem acute. Cæterum aliter diſtinguit Mevius *part. 3 deciſ.* 36.
362. n. 3. & 4. inter diviſionem ex lege & ab ipſo creditore factam, ut ea, quæ ex lege deſcendit, non tribuat liberationem plenariam, ſed ſaltem exceptionem conditionalem ſi ſolvendo ſint correi, quo deficiente, redeatur poſt factam excuſſionē ad cœteros: ſecus ſe rem habere, cum non ex lege, ſed facto creditoris dividatur creditum, cui videatur ſubeſſe tacitum pactum remiſſorium reliquæ partis, unde qui ſuam præſtitit liberetur, nec ultra efficaciter conveniri poſſit ſed exceptione taciti pacti de non petendo defendatur. Ita Mevius ubi in fine ſic judicatum refert in cauſa Cancellarii & Revenclauen contra Joan. Balthaſar. 17. Octobr. 1655.

Et ſic ſe res habet, ſi omnes pluresve correi conveniantur ſimul, ſubjiciendum nunc, quid obtineat, ſi unus aut alter, & quidem pro diverſa actoris intentione (libera namque hic illi omnino electio eſt) vel in partem aliquam vel in ſolidum fuerit conventus. Ubi dubium cumprimis eſt, ſi reorum aliquis pro parte conventus ſit, An Actor adeo videatur intentionem ſuam diviſiſſe, ut ſolutione iſtius partis præſtita, adverſus conventum ipſi nihil juris ſuperſit? Sunt qui affirmant illo cumprimis moti argumento, quod cum actori â ſingulis reorum ſolidum petere ex contractus natura & lege liceat, is exigendo partem qualitatem quaſi obligationis mutaſſe, & ab eadem receſſiſſe videatur, taciti proinde pacti exceptione ab eo qui partem præſtitit ad aliam partem denuo exſolvendam ſolicitato, repellendus *arg. l. liberum fuit 16. C. de fidejuſſor. junct. l. ſi Creditores 18. C. de pactis ibique in Comment.* Richter. *n. 14. & 2 ſeqq.* Frid. Prukman. *vol. 1. Conſil. 8. n. 11. & 12.* quem refert & ſequitur Hering. *de fidejuſſor. cap. 27. part. 2. n. 48. in fin.* Cæterum. nec negativa ſententia ſolidis deſtituitur aut rationibus aut legum textibus. Quia Creditor non

37.
38.
39.
40.

facile

facile putandus ſit, in ſui præjudicium, debitoris tantum liberandi cauſa, pro parte judicium dictaſſe, quandoquidem, & ſic jure ſuo optime uſus eſt *per text. expreſſ. in l. ſi ex tot. 8. §. 1.*
41. *ff. de Legat. 1. junct. l. reos 23. C. de fidejuſſor.* Ad quam *l. 8. §. 1.* *duo* breviter notanda. Primo vocem ALTERUTRO non temere cum Accurſio per vocem ALTERO eſſe explicandam quippe nulla ſic dubitandi ratio reliqua foret. deinde cum Bartolo, fruſtra ſpecialem aliquam in legato quæri rationem, quam hactenus nec ipſe, nec poſt eum alius,
42. ſolidam expedire potuit. Præterea ipſe JCtus hæredes L. Titium & Mevium duobis reis promittendi in ſolidum æquiparat, bonumque alias argumentum eſt, à contractibus ad ultimas voluntates Everhard. *in topicis legal. in loc. à contract. ad ult. voluntat. n. 1. & ſeqq.* Berlich. *part. 3. Deciſ. 336. n. 6. & 3.*
43. *ſeqq.* Neque vero obligationis diviſio, quandam illius inducit remiſſionem, nec ejusmodi remiſſio ſeu renunciatio unquam præſumitur, niſi de ea expreſſè actum ſit *L. cum de indebito 25. pr. ff. de probat.* hinc ubi alia quam remiſſionis aut donationis interpretatio ſumi poteſt, diviſio obligationis non præſumitur. Ea autem hoc caſu in promptu eſt. Cenſenda nimirum ad debiti potius extenuationem ſolutio partis acceptа, quam ad naturam obligationis mutandam & dividendam Jo. Ronchegall. *ad l. 3 §. ubi duo ff. de duob. reis n. 33. vſ. ego vero puto.* Donell. *in l. ſi creditores 18. C. de pactis n. 5.* Berlich. *d.*
44. *deciſ. 336. n. 48. & 49.* Et negativam hanc ut veriorem & probabiliorem ſequuntur Salycet. *ad d. l. 18. C. de pact. n. 5.* Hartm. Piſtor. *libr. 1. quaſt. 9. per tot. ibiq. in addit.* Simon Ulric. Piſtor. Joan. Köppen *deciſ. 56. n. 16. & ſeqq.* Nic. Bellon. *conſ. 44. n. 3. & 4.* Berlich. *d. deciſ. n. 10. junct. n. 47. & ſeqq.* Magnif. Dn. Struvius *in Synt. jur. Exerc. 47. theſ. 29.* Richter *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis n. 32. & ſeqq.* Jo: Ronchegall. *ad d. l. 3. vſ. utriq.*
45. *n. 17. uſq. ad fin.* ubi de hoc diffuſiſſime diſputat. Quin imo ipſe ſupra in contrarium adductus Prukm. *in Conſil. præcedente 7. n. 4. & 5.*

Digitized by Google

4. & 5. ſibi directe videtur contradicere, aſſerens reorum alterum portionem ſuam ſolvendo, ex perpetua regula non cenſeri liberatum, neque indè aliquam obligationis diviſionem eſſe exortam, ſed recte contra ſolventem, ex natura correalis obligationis diviſionem eſſe exortam, ſed recte contra ſolventem, ex natura correalis obligationis agi poſſe.

Neque difficilis ad fundamenta affirmantis ſententiæ 46.
eſt reſponſio. Nam per petitionem partis qualitatem obligationis in ſolidum mutari, ponitur equidem, ſed verbo nullo probatur, & contrarium illius numero præcedenti 43. oſtenſum eſt. Imo *nec l. liberum* 16. *C. de fidejuſſor.* quidquam pro 47.
affirmativa ſententia facit, utpote de caſu prorſus diverſo loquens, eo ſcilicet, ubi creditor, cum plures haberet fidejuſſores, inter eas diviſit actionem, & à ſingulis petiit partem, ſicq; lis eſt conteſtata. At de alio nos jam agimus caſu, ubi poſt poſitis aliis correis, unum actor elegit, & partem ab eo petiit, cujus deciſio non ex hac ſed *l. reos* 23. *& fin. C. eod. junct. l.* 8. §. 1. *ff. de legat.* 1. eſt petenda. Perinde nec *l. ſi creditores* 10. *C. de* 48.
pactis, quidquam obſtabit, utpote quæ de unico hoc caſu eſt intelligenda, quando ſcilicet debitor expreſſe partem pro ſua perſona ſolvit, & creditor ita ſolutionem libens accepit, tunc enim ſibi demum acceſſit præjudicium, vid Brunneman. *in Comment. ad h. l. ibique* Richter *cumprimis n.* 13. *&* 18. *junct. n.* 21. *cum ſeqq.* Dn. Struve *d. exerc.* 47. *theſ.* 29. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 20. §. 13. *n.* 7. Hinc dici poſſe videtur, quod Creditor re- 49.
cipiens ab uno ex correis ſuam ratam abſque proteſtatione, ſalvo jure ſolidi, jus ſuum intelligatur remiſiſſe, vid. Jo: Bapt. Coſta. *tract. de quota & rata quæſt.* 130. Hâc tamen proteſta- 50.
tione opus non eſt, ſi forte Creditor ad unum ex correis ſcripſerit, ut ſolveret partem ſuam ſeu virilem ſein Antheil ſeyn part ſeine quotam, ſi enim huic admonitioni paritum ſit quotaque ſoluta, debitum omnino eſt diviſum Hering. *d. l. n.* 8. Prukman. *d. conſ.* 8. *n.* 15. *&* 25.

Etſi

Digitized by Google

51. Etſi vero ex hactenus allatis abunde conſtet, negativam ſententiam de jure veriſſimam eſſe: ab ea tamen practicos recedere, & affirmantem ſequi obſervavit Lauterbach. *in colleg: π. h. t. & in concluſ: forenſ: Exerc.* 24. *concl:*14. *lit B*, diſerteq; monuit, quod quando ſententia aliqua unanimi conſenſu recepta dicitur, ab ea in praxi recedere haut ſit tutum, nam etſi juris ratio deficere videatur, æquitas tamen hoc ſuggerat *L. in Summa* 2. §. *item Varus ait* 5. *in fin: ff. de aqua & aq: pluvia arcenda.*
52. Cui accedit etiam Magnif: Dn. Ziegler. Ordin: Witteberg: *in præfat: prælect: ad can: redintegranda*, ubi eleganter & pro more ſuo eruditiſſime monet, quod; qui in praxi verſantur, plurimas eos amplecti & ſectari oporteat Doctorum ſententias, quæ rigidius in Cathedra examen non ſuſtinent, & multum quandoque in Jurisprudentiæ Studio â ſe recedere theoriam & praxin. Hinc mirandum non eſſe ex tribunali & Cathedra diverſas & plane contrarias audiri ſententias. Hinc
53. igitur in judicando affirmativa fuerit ſequenda. Quam dupliciter ampliant Practici. Primo, ut nec reliqui correi ſi unus partem ſolverit in ſolitum amplius conveniri queat, ſed &
54. reliqui ad viriles tantum portiones teneantur. Deinde ut nec ipſe, qui ſolvit partem, nec pro partibus correorum amplius conveniri poſſit, etiamſi unus vel alter imo omnes non ſint ſolvendo, vid. late Berlich: *part.* 3. *deciſ:* 336. *n.* 80. *& ſeqq: cum plur: ibid: alleg: junct: n.* 91. *& ſeqq:* Hahn. *in obſ. ad Weſemb: ff. de duob: reis n.* 9. *pag.* 888. Carpzov: *part:* 2. *conſt.* 17. *def.* 11. ubi elegans hoc adfert præjudicium Menſ: Mart: 1597. Ob Ihr gleich nebſt andern Mitbürgen wegen 2500. Rthl. euch ſambt und ſonders in ſolidum verſchrieben: Dieweil aber dannoch der Gläubiger euch höher nicht / als um euren Antheil gemahnet / denſelben auch von euch bezahlet empfangen / und angenommen etc. So iſt er wegen des Antheils anderer eurer Mitbürgen ſo nicht zu bezahlen haben / nunmehr euch zu belangen nicht befugt / V. R. W. Mevius *ad jus Lub: libr.* 3. *t:t.*

5. *art.*

5. *art.* 2. *n.* 16. *& part.* 3. *deciſ.* 362. *per tot:* Variis tamen. id limitat modis Berlich. *d. l. n.* 39. *& ſeqq. uſq. ad fin.* & (1) quidem 55.
ſi pars hæc ſolvatur ſponte & extra judicium, ſecus eſſe, ſi in judicio conventus & condemnatus, deinde in exſecutione judicati partem pro ſua rata ſolvit, (2.) quod tantum procedat, ſi quis ſuam quotam tantum pro ſua perſona ſolvat, aliud dicendum, ſi vel plus vel minus portione ſua ſolverit, (3.) Si correus portionem virilem pro ſua perſona ſolverit, Creditor autem, in hanc clauſulam expreſſe non conſenſerit, ſed partem ſimpliciter recepit. (4). Si pars hæc recipiatur non de ſorte principali, ſed de uſuris tantum. (5). Si creditor partem hanc recipiat cum proteſtatione ſolidi de qua *n.* 33. jam dicitur, imo (6). cum generali tantum proteſtatione ſalvis juribus ſuis. Denique (7.) Si ſolutio partis non eſt facta ipſi creditori, ſed ejus tutori, curatori, procuratori aut alii adminiſtratori in quibus caſibus correi ex ſolutione eiusmodi partiali minime liberantur, aut inducta diviſio cenſetur. Supervacaneæ. ergò ex 56.
praxi hodierna erunt diſtinctiones, quas pro huius quæſtionis enodatione in medium afferre voluit Bart: *in Auth. hoc ita in quæſt: tercia princip.* §. *Sed an ſolutione partis facta ab alio, videatur facta diviſio.*

Hæc. ita obtinent, ſi ab aliquo partem exegerit creditor: At quid dicendum ſi ſolidum? id namque ipſi licitum eſſe, ab- 57.
unde conſtat *ex l. in duobus reis* 3. §. 1. *ff. de duob. reis l.* 1. *Cod. eod:* (quam tamen ſpuriam eſſe autumat Cujac: *libr.* 5. *obſ. cap.* 36. eumque ſecutus Brunneman *in Comment. ad d. l.* 1.) *junct. l.* 2. *&* 3: *C. eod. l. reos & l. generaliter. C. de fidejusſor: vſ. idemq. in duob: reis promittendi conſtituimus.* vid. latiſſime Fr. Salgado de Samoza *in Labyrinth: Cred: part.* 1. *cap.* 17: *n.* 10: *& per tot. nec non cap:* 18. Neceſt, quod unum correum ita electum aliqua effe- 58.
ctum injuria arbitrère, cum ab initio ipſi integrum fuerit, non iſto modo ſe obligare, id igitur cum ſemel placuerit, jam in neceſſitatis abiit legem, juxta vulgatam Dd. circa contractus re-

 gulam

gulam, illos ab initio quidem eſſe voluntatis, poſtea tamen tranſire in neceſſitatem Donell. *de duob. reis cap.* 8. *n.* 2. *& ad l. reos* 23 *C. de fidejuſſor:* Faber *in Cod. lib.* 8. *tit.* 27: *def.* 11. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 8. Trentacinq. *lib.* 3: *tit: de ſolut. reſol.* 34. *n.* 18. *& ſeqq.*
59. Peretz. *ad C. h. t. n.* 4. Accipiat ergo. (niſi ex cap. ſeqq. jurari queat) in ſolidum ut convenit judicium hoc neceſſe eſt, nec ipſe eo, nec obligatione correus ante plenariam & omnimodam ſolutionem liberandus. Non enim. nuda petitio ad
60. unum reorum facta alterum liberat, niſi acceſſerit ipſa ſolutio *L. ſi ut certo loco* 5. *pr. ff. commodati l.* 1. *§. ſi apud duos* 42. *ff. depoſiti l. fin. C. de fidejuſſor:* Hering. *de fidejuſſor: cap.* 27. *part.* 2. *n.* 48. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 19. *def* 11. *n.* 5. ubi tate ſubjungit præjudicium Menſ. Januar. 1613. Ob ihr nun gleich kurtz-verruckter Zeit/ mit euren Principalen euch etlicher maſſen in vergleichung eingelaſſen/dergeſtalt/daß Er binnen gewiſſer Zeit/euch angenehme verſicherung auffzurichten/oder zahlung zu leiſten zugeſagt/ dieweil Er aber dennoch ſolcher verpflichtung nicht nachkommen/ noch Ihr eure Zahlung von Ihme erlanget. So iſt euch auch nochmahls euren Mittbürgen gebührlichen zu belangen/ und die Zahlung der Hauptſumma und Zinſen von Ihme einzubringen unbenommen/und er hat ſich dawieder damit/daß ihr euch albereit an den Principal ſchuldener gehalten/ nicht zubehelffen/ V. R. W. Mevius *part:* 3. *deciſ:* 362. *n.* 2. Schrader. *ad tit. J. de duob. reis n.* 55. Dn. Struve. *Exerc:* 47. *theſ.* 27. Richter. *ad l.* 25. *C.*
61. *de pact. n.* 51. *&* 2. *ſeqq.* Cui nihil obſtat *l. ſi duo rei* 5. *§.* 1. *ff. ſi quis cautionibus* ubi dicitur, ſi duo rei promittendi ſint & unus ad judicium non venerit, contemta ſua promisſione judicio ſiſtendi cauſa facta, actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam deſertionis petendo, exceptione ſubmovebitur. Hinc enim nemo temere inferre queat, deſertorem hunc vadimonii ante obtentam â correo ſolutionem plenariam, debito ſe exemiſſe, cum tantum de pœna hic quæſtio ſit, quam merito actori denegat JCtus Paulus, quod ſolutionem debiti jam ab al-

tero

tero correo conſecutus ſit,unde quoad pœnam illius nihil amplius interſit,rem ipſam iam habenti vid. eleganter Brunneman. *ad d. l. 5. n. 2. & 3.* Hodie tamen ob indultum correis debendi diviſionis beneficium (de quo cap. proxime ſequenti pluribus agetur) aliud obtinet,unique correorum in ſolidum convento,ad illius petitionem negotium communiter debet examinari & terminari *per Auth. hoc ita C. de duob. reis*, adeo, ut ſi aliter feratur ſententia,ea per appellationem reſcindi poſſit & debeat *l. 1. in fin. ff. quæ ſent: ſine appell. reſcind.* Bart. *ad d. Auth. § quarto quæro.* 62.

Firmo igitur ſtat talo, & ſi unus reorum in ſolidum conventus ſit,regreſſum tamen ſolutione nondum impetrata ad reliquos quoque correos patere Ummius. *ad proceſſ. Diſp. 8. theſ. 4. n. 29. pag* 346. Jo: Ronchegall. *ad l. 3. §. ubi duo ff. de duob. reis n.* 77. exactione enim unius ex obligatis ad ſolidum alii mero jure non liberantur *l. fin. C. de fidejuſſor. ibiq; Dd.* Jmprimis tamen cavendum,ne ex eiusmodi plurium conventione,amplius, quam ſemel fiat ſolutio *Id. ibid. n.* 78. quod quidem adeo verum eſt,ut nec litis pendentiæ nec ſententiæ jam latæ exceptio â noviter convento objici poſſit. Litis pendentiæ enim exceptio non competit tertio, qui non fuit in lite. Nec movet, ſi dicas eandem hic ſubeſſe actionem, eandem rem, idem jus,vel eundem judicem,proinde in conſequentiam videri quoq; eandem eſſe litem, cum non adſit eadem perſona, ſed diverſa, *Jd. d. l. n.* 80. nec ſententia lata contra unum ex correis conventum,aliis nocet correis, contra quos nova lis erit movenda,ut paulo poſt explicabitur, vid. Lancellot. Robert: de attentatis *part. 1. cap. 13. n.* 147. *Salgado d. cap:* 17. *n.* 47. *junct. cap.* 18. Deinde quoque extenditur, etiamſi reus antea conventus appellaverit, ea namq; appellatione non attenta,poteſt illa adhuc pendente alter correus conveniri,& judex poteſt æque contra eum procedere Marant. *in ſpec. aur. part. 6. §. & quandoq; appellatur n.* 174. Nec ſcrupulum injicere poteſt, 63 64. 65.

Digitized by Google

teſt, quod debitore ab uno reorum credendi convento, per litis conteſtationem eripiatur electio ſolventi. Cum in his quidem locum habeat præventio in præjudicium præventi, id autem neutiquam extendendum in favorem reorum promittendi aut præiudicium ſtipulatoris vid. Bacchov. ad Treutler
66. *vol. 2. Diſp. 28. theſ. Lit. D. pag. mihi* 432. Reperiuntur quidem Doctores quibus contrarium placet, quos etiam ſequitur Bacchov: *d. l.* & Mevius *poſt comment: ad Jus Lub. conſil.* 1. *pag.* 21. *vſ. Non illi ipſi* quorum potiſſima argumenta congeſſit Salgado *d. cap.* 17. *n.* 1. *& ſeqq:* attamen tanti ponderis non ſunt, ut aliquem ab affirmativa ſententia dimovere queant, prout etiam idem autor eadem argumenta nervoſe confutavit *d. l. n.* 45. *& ſeqq. ad fin.*

67. Uno tamen reorum convento, & lite cum eodem conteſtata, contra cœteros quoq; reos interrumpitur præſcriptio *l. fin. C. de duob. reis ibiq.* Gl. & Brunneman. *in Comment.* Azo *in ſumma C. h. t. n.* 11. Petr. Nic. Motzius *in tract. de ſtip. tit. qui poſſ. ſtip. n.* 20. *pag. mihi* 316. *add. eleganter & late* Donell. *de duob. reis cap.* 10. *per tot. ubi n.* 2. cauſas huius rei erudite explicat. Peretz *in Prælect. ad C. h. t. n.* 18. Petr. Frid. Mindan. *libr.* 3. *de contin. cauſ. cap.* 17. *n.* 11. *&* 12. Theod. Höping. *conſil.* 2. *quæſt.* 4. *pag.* 163. quod eo magis admittendum, quandoquidem in præſcriptione tractatur de lucro captando cum injuria alterius *L. ſi is cui* §. 1. *& l.*
68 *ſi quis uxori* §. *pen. ff. de furt.* Höping. *d. l.* In petitione ſeu conventione tamen ab uno reorum credendi facta diſtinguendum eſt, aut petitio facta eſt ſimpliciter, nec ad litis conteſtationem proceſſit, & tunc prodeſt, & alteri credendi correo, quoad interruptionem præſcriptionis. Lite vero jam conteſtata, ſuper toto debito actor totum debitum præoccupavit, nec alteri credendi correo ſolvi poteſt ut paulo ante dictum Bart.
69. *ad l. ex duobus ff. de duob. reis* §. *Tertio quæro.* Extrajudicialis tamen denuntiatio vim interrumpendi præſcriptionem ſui natura non habebit, niſi quatenus jure cautum reperitur contrarium

Digitized by Google

trarium ex ſpeciali aliqua ratione Jo. Ronchegall. *ad l. 2. ff. de duob. reis n. 75. poſt princ.* nec obſtat quod dici conſuevit, interruptionem præſcriptionis ſoli interrumpenti prodeſſe Gl: *in l. cum notiſſimi §. imo in verbis multo magis C. de praſcript. 30. annor. ubi Salycet. in fin.* Id namque non procedit, quando ſunt plures, qui tenentur eadem actione, ut evenit in duobus reis, quorum contractus ex una ſtirpe & uno fonte fluxit, unde dici non poteſt, quod ex parte unius valeat ex alterius parte non valeat Brunneman. *ad l. ult. C. de duob. reis.* Porro hoc in omnibus correis obtinet, ſ. ſocii fuerint, ſ. non Exiſtimate quidem Salycet *in l. duobus § Si ex duobus ff. de jurejur.* quaſi *l. fin. C. de duob. reis* locum non habeat, ſi creditor experiatur contra correum, non ut talem, ſed ſimplicem duntaxat debitorem, tunc enim interruptionem præſcriptionis alteri non præjudicare, â quo tamen recte diſcedit Jo. Ronchegall, *ad d. l. 2. n. 76.* cum hoc repugnet unitati & identitati obligationis, qua rei omnes ſimul tenentur, *l. in duobus 3. §. 1. ff. h. t.* Procedit etiam præſcriptionis hæc interruptio, non in contractu tantum reorum proprio, verum etiam ex contractu inſtitoris vel exercitoris, quibus utique permiſſum eſt, præponentes in ſolidum obligari vid. Ronchegall. *ad l. 2. n. 77.* ubi tamen cenſet, quod etſi præponentes in ſolidum obligentur, per ipſos præpoſitos, non tamen inde ſequi, quod præponentes ipſo iure ſint rei debendi. 70. 71.

Vicina conventioni reorum quæſtio eſt, an alter ex reis credendi alterum ad agendum in judicio conſtituere poſſit procuratorem, & id vel ad ſolidum, vel ad partem exigendam, late tractata â Ronchegallo *ad l. 3. §. ubi duo ff. de duob. reis n. 145. & ſeqq.* Et ſolidi exactionem quod concernit, omnino illa invalida cenſeri queat, cum ita demum valide procuratoris conſtitutio fiat, ubi unus ex reis ipſis debitum mediante conſtituto præoccupavit, ſeu unius proprium effecit *per l. idem eſt 10. ff. de conſtit. pec. l. licet 42 §. Biro. 5. ff. de procurat*, tamen quia ob præventionem non interſit alterius credendi rei amplius 72. 73.

 quin

quin procurator alterius recte conſtituatur dubitandum non eſt, hoc vero deficiente procurator alterius eſſe nequit. Ratio eſt, quod ubi cauſa cuius occaſione mandatum interceſſit, æque pertinet ad procuratorem ipſum, quam ad mandantem, non tenet conſtitutio procuratoris, quia in re aliena tantum non & in propria procurator conſtituitur *l. 1. pr. ff. de procur.* Proprium vero hic ſubeſſe negotium inde patet, quod in perſona cuiusq; ex reis credendi propria conſiſtat obligatio, perinde ac ſi unusquisque ſibi ſolidum eſſet ſtipulatus *l. Si rem 31.*
74. *§. Si duo 1. ff. de novat.* Sed contrariam ſententiam veriorem putat Ronchegall. *d. n. 145. in med.* ſuſtineri omnino etiam ante factam præoccupationem eiusmodi procuratoris conſtitutionem, ut ipſe etiam correus credendi procuratorio nomine correi ſui in proprium præjudicium præoccupare posſit, quippe ejusmodi procurator per hunc actum videtur renuntiare, juri agendi nomine proprio, quod antea competebat, *arg. l. Si quis in conſcribendo 29. C. de pact.* quod in jure novum non eſt.
75. Si quis enim conſentiat actui, qui fiat de re ipſius in donatione forte, vel venditione vel ab alio cum posſit contradicere & impedire ne id fiat, quatenus adquieſcit ſibi omnino præiudicat Dd. commun. *ad l. qua dotis nomine 33. ff. ſolut. matrimon.* Ad in contrarium à ſe adducta argumenta pluribus reſpondet i-
76. dem Ronchegall. *d. l. n. 148.* In altero caſu, ſi correus credendi ad partem alterius virilem exigendam procurator ſit conſtitutus, minor imo fere nulla eſt dubitatio. Cum enim generaliter ſingulis credendi reis portiones viriles debeantur & exigi posſint, *l. 3. §. 1.* hic certe alter mandans correo ut ad partem ſuam agat, ſi alter id mandatum ſuſcipit, inter illos facta creditur tacita diviſio, tacitaq; conventio, ne ſit locus præ-
77. occupationi inter illos. Par raptio eſt correorum debendi, ubi unus licet in ſolidum conventus recte correum poteſt conſtituer procuratorem. qui eum defendat ad ſolidum debitum *per l. licet 42 § porro 5. in fin. ff. de procurat.* Rationem hu-

jus

jus rei elegantem aſſignat Hilliger. *in Donell. enucl. libr.* 18. *cap.* 11. *lit. S.* quia reus debendi non conventus, proprio nomine non poſſit ſuſcipere litem, quandoquidem, creditor, cui hic libera competit electio, contra hunc experiri non vult, in aliena ergo cauſa correi recte procurator conſtitui poteſt. Quod multo magis obtinebit, ſi correi debendi in partes conveniantur, tunc enim correus debendi procurator datus partim proprio, partim procuratorio nomine ſe defendet Ronchegall. *d. l. n.* 147.

Dictum hactenus de conventione correorum pro inſtituti ratione ſat prolixe, pergendum jam erit ad exceptiones correis competentes, ubi quæritur, an exceptio uni ex correis debendi comparata ceteris quoque detur? Hic diſtinguendum cenſeo inter exceptiones reales ſeu rei & obligationi, cohærentes, quæ utique omnibus correis erunt communes, *arg. l. Si ſtipulatus* 15. *& L. ex perſona* 32. *add: L. exceptiones* 7. §. 1. *l. omnes* 19. *ff. de except: L. defenſiones* 11. *C. eod:* Secus erit in Exceptionibus perſonalibus ſeu perſonæ unius correi medullitus quaſi annexis, quæ ad cæteros correos nequaquam porrigendæ *d. l. Exceptiones* 7. *in pr.. c ff. de Except: Privilegium d. R. J. in* 6. Andr. Rauchbahr. *part.* 2. *quaſt.:* 7. *n.* 21. Zanger *tract. de Except. part:* 3. *cap: ult. n.* 63. Ant. Hering: *tract. de fidejuſſ. cap.* 27. *part.* 4. *n.* 1. *& ſeqq. junct. n.* 75. *& ſeqq.* ubi plures utriusque generis Exceptiones recenſet. Quæ tamen omnes promiſcue ad correos applicari nequeunt, 80.
Nam quod exceptionem pacti de non petendo & tranſactionis attinet de illis jam *cap. ſexto* actum eſt, quæ ſtudio brevitatis, ſi ita viſum fuerit, hic repeti poteruut.

Ad compenſationis exceptionem objiciendam, nihil 81.
proderit uni reorum convento, quod Creditor correo ſuo pecuniam debeat, niſi ſimul ſocij fuerint, *per text: expreſs. in l. ſi duo rei* 10. *ff. de duob. reis ibique* Brunnemann. *in Comment:* tum enim videbitur ſuum quoque debitum compenſare propter

jus

jus communionis. At ſi ſocii non fuerint, nihil objiciet, quod obligationem ſuam minui faciat, cum alter qui credidit conventus non ſit, ſed conventi duntaxat obligatio in judicium deducta Donell: *de duob. reis cap.* 8. *n.* 1. Göddæus *de contrah: & committ: ſtip: cap.* 12. *concl:* 9. *n.* 82. Rittershuſ. *ad Nov: part:* 3. *cap:* 6. *n.* 6. Frantz. *Exerc:* 10. *quæſt:* 3 *n.* 14. Dn. Struve. *Exerc:* 21. *theſ:* 25. *ſub n.* 2. Zanger. *Except: part:* 3. *cap:* 8. *n.* 64.
82. Carpzov: *part.* 1. *conſt:* 8. *def:* 7. *n.* 1. & 2. Ratio hujus deciſionis expedita, nec enim compenſatio rei illius, quæ non debetur ei, qui convenitur, ſed alteri admitti poteſt aut debet *per. l. cum militi.* 16. *pr. & l. in rem ſuam.* 18. §. 1. *ff: junct: l. ejus, quod non* 9. *C. de compenſat:* Hic vero debitum alienum ſubeſſe, vel inde in propatulo eſt, quoniam convent⁹ ex propria perſona tenetur in ſolidum, ac ſi ſolus ipſe promiſiſſet, *arg. l. Si rem* 31 §. 1. *ibi ex quibus colligitur unumquemq; ſibi perinde adquiſiviſſe, ac ſi ſolus ſtipulatus eſſet vid.* Ronchegall: *d. l. n.* 5. *& ſeqq:* Ipſam
83. limitationem quoad reos ſocios ad hoc ut compenſatio objici queat quod concernit, diſtinguit Ronchegall: *ibid. n.* 11. inter ſocios omnium bonorum, vel unius tantum negotiationis, aut ejus duntaxat contractus, de quo agitur: ita ut ſi de ſociis omnium bonorum ſermo ſit, tunc agenti obſtabit exceptio compenſationis, de eo, quod non convento debetur â creditore. Sed tunc illa non objicitur, uti â correo, ſed ut i â conſocio ipſius ſocietatis nomine, cum nihil illi habeant, quod commune non ſit, & ſubinde hoc quoque creditum de
84. cujus compenſatione agitur. At ſi particularis ſit ſocietas, & aliquid debeatur uni ex reis â creditore, extra ſocietatem, tunc militat deciſio hujus legis, nec ulla admittenda eſt compenſatio, per ea, quæ jam notavi *cap.* 4. *n.* 62. prorſus igitur in anguſtum redacta eſt, hæc compenſationis exceptio, â reis etiam ſociis obiicienda, arbitrandumque lectori hic relinquo, an ea diſquiſitio ex eorum opinione pro ſupervacanea habenda ſit, qui omnes hodie correos promiſcue pro ſociis eſſe repu-

reputandos volunt add. Ronchegall. *hic. n.* 18. Notandum. 85.
porro, quod ubi recte etiam opponi poteſt hæc compenſationis exceptio, nihilominus eatenus tantum admittenda ſit, quatenus conſiderari poteſt intereſſe creditoris, ex cujus perſona illa competit, non ultra, ita, ut reus conventus ea amplius uti nequeat, quam pro parte correum, cui debetur â Creditore, concernente. Verbi gratia, ſi correi debent centum, creditorque alteri reo non convento tantundem debeat, correus, qui conventus eſt, compenſationis exceptionem illi tantum quoad quinquaginta opponere poſſit, nam ſi hoc de majori ſumma exciperet, quidquid eſſet ſolutum præter illa quinquaginta, eſſet correo reſtituendum vid: eleganter Ronchegall. *d. l. n.* 15. Eadem. ratio eſt correorum credendi, 86.
ut uni agenti debitor non poſſit objicere exceptionem compenſationis, ſuper eo, quod alter credendi reus ipſi debet: niſi forte inter illos eſſet ſocietas, cum in hoc articulo ſit par omnium reorum conditio *Jd. ibid n. 16.*

Exceptiones quoque mixtas ICti puta Macedoniani 87.
vel Vellejani fidejuſſoribus vindicat Hering: *d. l. n.* 56. Cœterum, ſi filius familias, cum majorenni & ſui juris mutuum accepit, & ſe correum conſtituit, hoc caſu filio equidem familias. Exceptionem JCti Macedoniani dandam eſſe dubitare nos non ſinit, *L. item ſi filius familias* 7. §. *item ſi duos* 8. *ff. d. JCt. Maced:* modo ſe non affirmaverit ſui eſſe juris & id Creditori perſuaſerit *L.* 1. *C. eod. ibiq.* Brunnemann. Zœſ: *in Comment. ad π. h. t. n.* 11. Weſemb. *par. ff. h. t. n.* 7. *in fin.* Dn. Struve. *Exerc.* 20. *theſ.* 58. *n.* 2. At vero. alteri correo majorenni hâc 88.
ex cauſa minime ſubvenitur, quandoquidem, ſi perſona non privilegiata, concurrit cum privilegiata, illa non gaudet hujus beneficio Zœſ: *d. l. n.* 11. niſi unico illo caſu, quo color quaeſitus doceri poteſt, de quo jam ſupra *cap. quinto* monitum eſt, Porro. nec correum in negotio hoc communi pro correo 89.
teſtem eſſe poſſe verius videtur arg: illorum quæ tradunt

 Maſ-

Maſcard. *tract. de Probat. vol. 2. concl.* 784 *per tot. & vol.* 3. *concl.* 1357. *n.* 23. *& ſeqq.* Hering. *de fidejuſſor. cap.* 29. *n.* 2. *&* 3. *ibiq. Plena manu allegati* Joh. Campeg. *tract. de teſtib. Reg.* 75. *ubi limitat.* Joh. Crotus. *de teſtib. part.* 4. *n.* 98. In contrari-
90. am diſputat ſententiam Ronchegall. *ad l. reos II. pr. ff. de duob. reis n.* 50. *& ſeqq.* ex Bart. quod ſcilicet correus debendi poſſit eſſe teſtis pro altero correo, quemadmodum & fidejuſſor pro fidejuſſore, ea nimirum ratione, quia non reddit teſtimonium in cauſa, quæ ad ipſum principaliter pertineat, exemplo legatarii, qui recte deponit, quatenus ad validitatem teſtamenti, in quo quid piam illi ſit legatum *l. qui teſtamento* 20. *pr. ff. qui teſti fac. poſſ.* ſubdit mox, quod tametſi non poſſit dici prorſus integer teſtis, nihilominus ejus dictum aptum erit, coadjuvare depoſitionem aliorum teſtium, qui idonei, & omni exceptione majores erant, & tandem *n.* 51. diſtinguendum dicit, inter reos credendi plures & reos debendi. In reis credendi diſtinguendum inter cauſam lucrativam & oneroſam, ita ut in illa pro correo poſſit eſſe teſtis, in oneroſa non item, quam tamen diſtinctionem ipſe rejicit, correum credendi nunquam pro correo ſuo ad teſtimonium eſſe admittendum, aſſerens, quod ad reos etiam debendi indiſtincte transfert, nec horum invicem probari teſtimonium & ſic negativæ in reis ſane proprie dictis, ſubſcribit ſententiæ, add. prænobil. Dn. D. Martini Cancellariæ hujatis Director meritisſimus *in Comment. for. ad ord. jud. Sax. tit.* 20. § 2. *n.* 102.

91. Nec correi unius confeſſio reliquis præjudicat *L.* 28. *ff. ad Jct. Velleja. l* 48. *pr. ff. mandat. L.* 3. §. 1. *ff. de Jct. Silan. l.* 7. *C. de probat. L.* 1. *&. t. t. C. res inter alios act.* Cothman. *vol.* 3. *Reſponſ.* 38. *n.* 124. *&* 128. Vultejus, *conſ. Marpurg. vol.* 2. *conſ.* 30. *n.* 150. Carpz. *part.* 3. *de ciſ.* 206. *n. II.* Lauterbach. *vol.* 1. *Diſp.* 6. *quæ eſt de confeſſion. theſ.* 22. Berlich. *deciſ.* 39. *n.* 5. Diſſendit *Matt. de Afflict. deciſ.* 94. *n.* 1. *& ſeqq. relatus á Berlich. d. loc.*

d. loc. n. 2. conſ. Carp. 2. *part.* 3. *deciſ.* 206. *n.* 10. & 11. Reorum cre- 92.
dendi quod attinet ſi hic confeſſionem facit ad liberationem
debitoris illa inſtar pacti de non petendo habebitur *l. tale pa-*
ctum 40. *pr. ff. de pact.* Bart. *in l. duobus reis §. nono quæro vſ. circa*
reos credendi dic. Quid vero de juramento correorum erit ſenti- 93.
endum? Diſtinguendus eſſe videtur duplex caſus. Prior eſt,
quando creditor correo debendi juramentum detulit. Alter,
ſi correꝰ Creditori. Priorem quod concernit, iterum diſtingu-
endum an ſuper facto aut ſuper jure delatum ſit jus jurandum.
Si ſuper facto (quod in dubio ſemper præſumitur) *per l. fin.*
pr. ibiq. Brunneman. *n. 2. ni fin. ff. de jurejur.* ſi nempe reus ju-
ravit ſe non debere, juramentum hunc effectum ſortitur,
ut pro ſolutione cedat. *L. Jusjurandum* 27. *ff. de jurejur.* & 28.
§. 1. *l.* 35. §. 1. *ff. eod.* & *l.* 95. §. *naturalis ff. de ſolut.* Setzer *de ju-*
ram. libr 4. *cap.* 7. *n.* 9 Seraphin. de Seraphin. *de privil. juram.*
privil. 81. *n.* 1. *ibiq. in addit.* Mart. Benekendorff. *n.* 1. & non
tantum fidejuſſori ſed multo etiam magis duobus debendi
correis prodeſt *L. in duob.* 28. §. 1. & §. *ex duobus* 3. *ff. de Jur. ju-*
randi ſiquidem ibiq. Brunneman *n.* 1. Donellus de duobus reis
cap. 7. *n.* 4. Hering. *de fidejuſſor. cap* 20. §. 2. *n.* 24. & 25. Göddæ-
us *de contrah. & commit. ſtip. cap.* 12. *concl.* 6. *n.* 49. Diverſum 94.
obtinet, ſi ſuper jure aut Exceptione jurantis perſonam at-
tingente fuerit juratum, id ſiquidem tunc demum cœteris de-
bendi correis proficit ſi ipſi ſint ſocii, alias vero non, Bart.
ad Auth. hoc ita. C. de duob. reis, n. 4[illegible]. *arg. l.* 1. & *l. ſiquis uni* 14.
ff. rem. ratam hab. Ludolph. Schrader. *ad tit. J. de duob. reis*
n. 41. Secundo autem caſu, ſi â correorum altero, credito- 95.
ri juramentum ſit delatum, id correo non nocet, *arg. l. nam*
poſteaquam 9. §. *fin. cum l. ſeq ff. de jur. jur.* Ronchegall. *ad l.* 16.
ff. de duob. reis n. 62.

Non diſpar ratio eſt ſententiæ, in cauſa creditoris con 96.
tra unum correum latæ. Diſtinguendum nihilominus in-
ter ſententiam abſolutoriam & condemnatoriam. In abſo-

Digitized by Google

lutoria perinde, ut in juramento diſpiciendum, utrum
97. hæc etiam ſuper jure vel ſuper facto fuerit lata. Si ſuper jure, porro conſiderandum, utrum correus conventus obligari potuerit vel minus, ſi poſterius, ne duo quidem rei conſtituti ſunt *L. ſi ex duobus* 12. *ff. de duob. reis* tantum abeſt, ut ſententia pro altero lata alteri commodo cedere poſſit *L. amiſſi* 52. *§. fin. ff. de fidejuſſor. ibiq.* Brunneman. *in Comment.* Donell *de duob. reis cap.* 7. *n.* 2. Schrader. *J. h. t. n.* 40. niſi inſuper
98. ſocij fuerint. Et hoc procedit tam in ſententia à judice, quam arbitramento (laudum peregrina & barbara voce dicta) *L. ſi duo rei* 34. *ff. de recept. arbitr.* nec quidquam diſcriminis ponendum. correus conventus omnino obligari non potuerit, vel tantum exceptione aliqua perſonali tutus ſit, aut naturaliter duntaxat teneatur Schrader *d. l. n.* 40. ſin vero ſententia ſuper facto fuerit lata, inſtar juramenti correo indiſtincte
99. proderit, ſive ſocii fuerint ſive non. Condemnatoriam quod attinet dicendum *arg. l. generaliter fin. C. de fidejuſſor.* ubi ſententia lata contra unum, non habet exſecutionem contra alterum, ſed opus eſt novo proceſſu, eam correo non præjudicare Conſ. Paul. de Caſtro *part* 1. *Conſil.* 236. 6. *n.* 1. *vſ. Tertio quæro*, Joh. Domin. Gaitus *de credito cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 407. quod tamen reſtingitur, niſi ſententia eſſet lata contra unum ex correis, qui ad miniſtrabat nomine omnium, quo in caſu ſententia & omnibus correis nocebit pro ratis poſt Coſtam *de rata & quota quaſt.* 222. Gaitus *d. l. n.* 544. unde hæc regula confici poſſit: abſolutoriam ſententiam quandoq; prodeſſe correo debendi, condemnatoriam nunquam nocere Bart. *ad L.* 16. *ff. de duob. reis, n.* 17, Ronchegall. *ad. l.* 16. *eod. n.* 29. &
100. *ſeqq.* ubi ſatis prolixe hac de re agit. Si vero plures eadem ſententia ſint condemnati, tunc quilibet cenſetur pro parte tantum condemnatus, licet ſit in ſolidum obligatus *l. Paulus ait* 43. *ff. de rejud. ibiq;* Brunneman. *in Comment. l.* 1. & 2. *C. Si plures una ſententia ibiq;* Brunneman. Bart. *ad d. l.* 43. *ff.*

de

de rejud. Ronchegall *ad l.* 3. *§. ubi duo ff. de duob. reis n.* 133. *& ad l.* 16. *eod. n.* 22. Matth. *de Afflict. decis. Neap.* 215. Bernhard. wurmſer. *libr.* 1. *tit* 28 *obſ.* 11. *n.* 9. Stephan Gratian. *diſcept. for. tom.* 1. *cap.* 33. *n.* 51. Ratio hujus eſt, quia per ſententiam 101.
novatur actio vetus *l. fin. pr. vſ. ſi enim novatur C. de uſur. reijud.* Hilliger. *in donell. enucl. libr.* 16. *cap.* 20. *lit. N.* Peretz *ad C. de uſur rei jud. n.* 6. *& ad tit. ſi plur. ead. ſent. n.* 1. Nec iniquum dici poteſt, ut res judicata proſit ei, contra quem eſt judicatum *l.* 16. *ff. de Except. rei jud.* quia ante condemnationem tenebatur inſolidum, poſt ſententiam vero in partem duntaxat. Reſpondet enim Peretz. *d. l.* non omnino judicatum eſſe contra eum, nam ex parte abſolvitur quodam modo, ſcilicet â ſolidi exactione, & hic ſubeſt, quod creditori imputari poteſt, quod non egerit contra unum Zaſ. *ad. d. l.* 43. *ff. de rejud. n.* 5. *&* 6. Ab hac tamen recepta ſententia abit Ronchegall. 102.
ad. l. 3. *§. ubi duo n.* 133. *vſ. Mihi porro magis placet p.* 257. ubi ad duplicem pro communi ſententia modo adductam rationem reſpondet, & ſi actione infactum ex rejudicata agi poſſit, tamen adhuc invalidam videri allegationem diviſionis, propter indefinitam promiſſionem reorum de non utendo beneficio diviſionis, nec in Actu ſententiæ videatur oriri nova obligatio, diverſa ab ea, quæ fit per litis conteſtationem, ſed eandem potius videri obligationem contractus, litis conteſtationis & ſententiæ cum iisdem qualitatibus, quo fiat ut exceptio diviſionis, cui eſt renunciatum, non poſſit magis uno, quam alio caſu objici. Quam totam rem limitatiori lectoris judicio merito relinquo. Memini tamen cum ante 103.
aliquot annos quidam ex confidejuſſione correi, â judicio Imp. aulico eſſent condemnati, jamq; exſecutio immineret, amicabiliter quidem omne negotium eſſe compoſitum ât cum illi, ex hac communi ſententia, diviſionis exceptionem urgerent, eam â creditore nullatenus admitti voluiſſe, ſed ab illo hanc expreſſe eſſe additam reſervationem, daß die

Digitized by Google

confidejuſſores nochmahs wie vor für das verhandelte quantum, in ſolidum alle vor einem und einer vor alle ſtehen und hafften / und in eines oder andern Theils unverhoffenden nicht Haltung / und Säumnüß fall / dem Herrn Creditori ſein wieder Sie erſtrittenes und auff der bloſſen execution beſtehendes Recht aller dinges unbeſchräncket ſeyn und bleiben ſolle. In quo ſtatu etiam res permanſit, donec ab uno confidejuſſore dimidia eſſet ſoluta, ubi reſervationem hanc creditor libens remiſit, daß er das bey dem andern confidejuſſore und correo dazumahl noch hafftenden reſidui halber an dem wollbezahlenden / einige fernere Foderung zu geſinnen nun und nimmermehr nicht unterfangen ſolle und wolle.
104 At aliter ſe res habet in ſententia adverſus unum correorum credendi lata, ea namq; reliquis credendi reis utiq; præjudicat & nocet. Ratio hujus manifeſta eſt, credendi correus enim prius agendo ſibi præoccupat jus actionis *arg. l. fidei commiſſa* 11. §. *Sic convenit* 21. *in verb. unus, qui occupat agendo totum conſequitur ff. de legat.* 3. cujus præoccupationis vis tanta eſt, ut etiam peremta inſtantia duret Bart. *ad l. ex duob.* 16. *ff. de duob. reis quaſt.* 4. Ronchegall. *add. l. n.* 24. Joh. Dom. Gait *de credito cap.* 2. *tit.* 3. *n.* 595. *& ſeqq.* quod tamen in reo credendi actore locum tantum habet, ſecus eſt, ſi is conveniatur, tunc
105 enim correo credendi alteri non nocebit Gait. *d. l. n.* 599. Ex hac autem hypotheſi condemnatoriam unius correi alteri reo non nocere recte colligitur, quod nec Appellatio unius correi debendi contra creditorem profit alteri correo Rauchbahr. *part* 2. *quaſt.* 7. *n.* 20. *ut* jam indicatum *hoc cap. n.* 46. cum quilibet ex ſua obligatione conveniri poſſit, & Creditori ſolutione à prius convento non obtenta, nihilominus ad alium correum pateat regreſſus. Si igitur ſententia prioris rei condemnatoria nullum. Creditori adfert præjudicium, multo minus illius appellatio correo noviter condemnato prodeſſe poterit, ſed is etiam ſi condemnetur nova ap-

pellati-

pellatione opus habebit. In contrariam quidem ſententiam diſcedit Pract. Ferrar. *in forma Libelli contra duos reos debendi in verbo condemnetis pag. mihi* 347. *per l.* 1. *C. Si unus ex plur. appell. & L. ſi qui ſeparatim* 10. *in pr. & §. fin. ff. de appellat.* 106
At vero dicti textus huc omnino nihil faciunt. Non *d. l.* 1. 107
quæ diſerte de pluribus eadem ſententia condemnatis loquitur Hartm. Piſtor *libr.* 1. *quæſt.* 47. *n.* 1. Brunneman. *in comment. ad. d. l.* quod in præſenti caſu dici non poteſt, ſed tunc demum locum inveniret, ſi plures vel omnes correi eodem libello ſimul eſſent conventi; Tunc enim ejuſmodi ſententia ab uno correorum debendi, per appellationem ſuſpenſa, quoad alterum quoq; ſuſpenditur, nec opus, ut ſinguli appellent Sichard. *ad l.* 2. *C. de duob. reis n.* 13. Nec etiam *d. l.* 10. huc quadrat, cujus principium conceptis verbis affirmat, eos, qui ſeparatim fuerunt condemnati, quamvis ex eadem cauſa pluribus; appellationibus opus habere Conf. Brunneman. *in Comment. ad. d. l.* 10. *n.* 1. *&* 2.

CAPUT OCTAVUM
DE
BENEFICIIS REORUM.

1. *Imp. Juſtinianus correis debendi beneficium diviſionis conceſſit.*
2. *Quod ad reos ſimul invicem fidejubentes quidam reſtringunt.*
3. *Rectius tamen ad omnes correos pertinet, & n.* 5.
4. *Quam ſententiam probat Reformatio Francofurt.*
6. *Nec ob hoc conſtitutio reorum prorſus fit inutilis. &* 7.
8. *Fidejuſſores, qui ſe ſimul principales debitores conſtituerunt, an beneficio excuſſionis gaudeant? & n.* 9.
10. *Exceptio diviſionis omnino allegande?*

12. *An*

Digitized by Google

11. *Exceptio diviſionis quando opponenda?*
12. *An dilatoria ſit hæc exceptio an anomala aut peremtoria & ſeqq.*
17. *Diviſionis exceptio non tantum lite pendente, ſed poſt ſententiam quoq; in ipſa exſecutione opponi poteſt & 18.*
19. *Hodie juxta R. J. de anno 1654. omnes exceptiones ſimul opponendæ.*
20. *Quod tamen dupliciter limitatur.*
21. *Diviſionis exceptio competit, & ſi in obligationis inſtrumento dictum ſit, ſingulos in ſolidum teneri debere.*
22. *Non ſoli correi, ſed horum etiam heredes beneficio diviſionis gaudent.*
23. *Limitatur hæc regula, ſi alter reorum abſens ſit.*
24. *Quis hic dicatur abſens?*
25. *Pro abſente etiam habetur, qui doloſè latitat.*
26. *Pro abſentibus quoq; habendi pupilli & minores tutorem vel curatorem non habentes.*
27. *An diviſionis exceptio locum habeat, ſi alter reus pure, alter in diem vel ſub conditione ſit obligatus? & ſeqq.*
31. *An reo præſenti indulgendum ſit tempus, quo correum abſentem reducere poſſit? & ſeqq.*
35. *Si abſens pendente lite revertatur, correus conventus adhuc beneficio diviſionis uti poteſt & 36.*
37. *Beneficium diviſionis locum non habet, ſi alter correus non eſt ſolvendo.*
38. *Cuinam probatio incumbat, correum ſolvendo non eſſe & ſeqq.*
45. *Nec diviſionis exceptio competit, ſi correus reſcriptum moratorium impetravit & ſeqq.*
48. *An Imp. poſt noviſſimum imperij receſſum poſſit etiamnum moratoria concedere.*
49. *Sufficit, correos tempore lit. conteſt. ſolvendo fuiſſe ad obtinendum diviſionis beneficium.*
50. *An diviſionis exceptio locum habeat, ſi correus quidem præſens & ſolvendo ſit, attamen exigi nequeat.* 51. *Ex-*

Digitized by Google

51. *Exceptio diviſionis locum non habet, ſi illi ſit renuntiatum.*
52. *Expreſſa & ſpecialis renuntiatio hic requiratur & ſeqq.*
56. *Pravia hic etiam certioratione opus eſt.*
57. *Quid de Notariorum renuntiationibus inſtrumentis inſeri ſolitis ſentiendum?*
58. *Si correi debendi contractum juramento firmaverint, num huic beneficio renuntiaſſe cenſendi? & 59.*
60. *Argumenta & autoritates pro negativa ſententia.*
61. *Argumenta & autoritates pro affirmativa & 62.*
63. *Conciliatio harum opinionum.*
64. *Correi ex teſtamento beneficio diviſionis non gaudent.*
65. *Nec mercatores.*
66. *An ad miniſtratores civitatis gaudeant beneficio diviſionis*
67. *Etſi correi pro ſe & heredibus ſuis beneficio diviſionis renuntiaverint: tamen hæredes eo utuntur.*
68. *An correis etiam ex obligatione ratione doli, vel culpa oriunda diviſionis beneficium competit, & plur. ſeqq. ubi pro negativa diſputatur.*
75. *Argumenta pro affirmativa & ſeqq.*
78. *An correis etiam excuſſionis beneficium competat, quod negatur & ſeq.*
80. *Sed affirmant alii.*
81. *Quibus reſpondetur.*
82. *Interpretes duplex excuſſionis beneficium faciunt.*
83. *Affirmativa ſententia in praxi recepta.*
84. *Quæ tamen limitatur & 3. ſeqq.*
88. *Quando excuſſionis exceptio opponenda & ſeqq.*
93. *Excuſſionis beneficium dupliciter & Dd. conſideratur.*
94. *In foro mercatorum excuſſionis exceptio locum non habet & 95.*
96. *Beneficium cedendarum actionum correis debendi competit.*
97. *An ceſſio actionum pro rata, vel in ſolidum fieri debeat?*
98. *Quo tempore peti debeat ceſſio actionum & 99.*
100. *Ceſſio actionum peti poteſt, & ſi huic beneficio ſit renuntiatum & 101.*

 102. *Ceſſio*

102. *Ceſſio hac actionum judiciali autoritate & confirmationa non indiget.*

103. *Plures exſiſtunt caſus in quibus ceſſio actionum locum non habet, & ſeq. ad fin.*

1. Dictum eſt. cap. proxime ſuperioris n. 40. & ſeq. alterutrum reorum tam jure Digeſt: quam Cod. conveniri in ſolidum recte potuiſſe, ſed placuit. Imper. Juſtin. *per Nov.* 99. beneficium diviſionis quod ante fidejuſſoribus per Epiſtolam Divi Hadriani erat indultum, ipſis quoq; reis accommodare ex qua deinde Irnerius *Anthen. Hoc ita C. de duob. reis excerptam l. 2. ſubjecit* Rittershuſ. *ad Nov. part.* 3. *cap.* 6. *n.* 7. Qua in
2. re quaſi non ita commode verſata eſſet hominis induſtria â viris certe magnis notari meruit, exiſtimantibus *Novel. iſtam*, non niſi de duobus reis, qui vice mutua invicem fidejuſſerunt, eſſe accipiendam. Tum quod Græca inſcriptio τῶν ἀλληλεγγυῶν quam non recte expoſuerint interpretes de duobus reis id facile inſinuet, tum quod ipſius *Nov.* 99. *cap.* 1. *pr.* mutua fidejuſſione obligatorum mentionem faciat Bart. *in Auth. hoc ita n.* 23. *& L.* 3. §. *fin. n.* 7. *ff. de duob. reis* Schrader. *J. h. t. n.* 63. Rittershuſ. *ad Nov. d. l. n.* 17: Köppen. *libr.* 2. *obſ.* 24. *n.* 13. *cum ſeqq. ad finem* Frantzk. *J. de duob. reis* §. 1. *n.* 10. *&.* 11. *junct. Exerc.* 10. *quæſt.* 4. *n.* 16. *& ſeqq.* Riemer. *illuſtr. quæſt. decad.* 11. *quæſt.* 7. Donell. *de duob. reis cap.* 13. *n.* 4. *& ſeqq.* Hilliger. *in Donell. enucl. libr.* 16. *cap.* 25. *Lit. G. vſ. Jure novo.* Peretz. *ad C h. t. n.* 16. Wiſſenbach. *ad π. part.* 2. *Diſp.* 26. *theſ.* 26. *& ad J.*
3. *Diſp.* 33. *theſ.* 28. Sed quidquid ſit, de hac ſententia, & ut ut plauſibiliter ea in Cathedra poſſit defendi, ſimplicior tamen & verior, ac in praxi communiter recepta opinio eſt, de duobus reis generaliter acceptis. *Novell. hanc* eſſe intelligendam Tum quod Græca ἀλληλεγγυῶν appellatione, rei etiam nude deſignentur, tum de alterna fidejuſſione obligatis diſpoſitæ quæ erant, poſt ea ad reos omnes indiſtincte porrigantur Göddæus. *de contrah. & commit. Stip. cap.* 9 *concl.* 5. n. 33.

Bachov.

Bacchov. *ad Treutler. Vol. 2. Diſp.* 27. *theſ.* 9. *lit. E.* Gail. *libr.* 2. *Obſ.* 14. *n.* 5. Carpz. *part.* 2. *conſt.*17. *def.*13. *n.* 3. *& ſeqq.* Id *libr.* 6. *Reſp.* 64. *n.*18. *junct. deciſ.* 190. *n.* 19. *cum* 2. *ſeqq. nec non deciſ.* 206. *n.* 11. Hahn. *ad Weſemb. in obſ. tit: de duob. reis n.* 5. *verb. Sed hac pag. mihi* 885. Brunneman. *ad l.* 2. *c. & Auth. Hoc ita C. h. t.* Richter *ad d. Auth. n.* 48. *& ſeqq.* Mevius *part.* 3. *deciſ* 4. Fabric. *in Gail. enucl. libr.* 2. *obſ.* 14. Esbach. *in not. & addit. ad Carpzov. d. defin.* 13. cui accedit etiam Jo: Ronchegall. *ad l.* 3. *ff. de duob. reis §. ubi duo n.* 104. ubi poſt longam diſputationem affirmativam communem ſ. communem intelligentiam Doctorum & potiorem ipſius legis veritate ſcribit, pro qua aliorum ſecutus, ut loquitur, errorem, hanc regulam poſtmodum arctatam limitationibus format, Reis pluribus promittendi, obligatio ex facto proprio propriaq; perſona, ad aliquid quod dividuum ſit, competit exceptio diviſionis, qua cogit conventus, creditorem agere adverſus omnes ſimul. Ratio regulæ, ne ſcilicet commune debitum unius alicujus proprium efficiatur, & onus illud omnes ex æquo portare tenentur. Hæc Ronchegallus. Quam communem 4. ſententiam approbavit quoq; *Reformatio civitatis Francofurtenſis de Anno* 1578. *part.* 2. *tit* 25. *§. unico.* Als unſere Vorfördere / in voriger unſerer alten reformation ſtatuiret und verordnet haben / daß / do ſich zween oder mehr Bezahlung zuthun unverſcheidentlich / und je einer vor den andern zuſtehn / auch vor volle darzu verhafftet zu ſein verpflichten oder verſchrieben / der Freyheit der neuen Käyſerlichen Conſtitution hierüber verordnet / nehmlich / daß in ſolchem Fall ein jeder Schuldman / mit Erlegung ſeines Antheils der Schulden von den andern Mitſchuldenern ſich abſondern möge / auch für denſelben und ihre Antheile zugleich zuzahlen / nicht ſchuldig ſein ſolle / wann dieſelbige im Rechten von dem Schuldiger vorgewendet wird / und Er ſich derſelben ausdrücklich nicht verziehen hat / in dieſer Statt ſoll gehalten werden. Et quamvis ipſe Ronchegal- 5.

lus ſibi objiciat quoad rationem hanc *n.* 105. ſolidum ſolventem, etiam ante ſancitam *Nov.* 99. non portaſſe aliorum onus, quandoquidem recuperaverit partem â correis cum ipſis obligatis *juxta l. creditor* 2. *C. de duob. reis* propereaq; dici poſſit partem tantum ſolviſſe. Statim tamen ad eam reſpondet, multos exſtitiſſe caſus in quibus ſolidum ſolvens nihil repetere potuerit, & potius eſſe ex recujuſq; ſolvere partem virilem, quam totum, quamvis inde habeat repetitionem partium, cum melius ſit non ſolvere, quam ſolutum repetere *l. Si dubitet* 10. *pr. ff. de fidejuſ. l. Si debitor* 11. *in fin: ibi manifeſtum eſt quantum interſit promiſſoris, liberari potius, quam præſtare exſtipulatu deinde mandati agere ff. de liber. legat.* Multi namq; caſus incidere poſſunt, per quod ſolvens, quod ſolvit, non conſequatur, vel ſaltim non ſine labore & fruſtratione, ac impenſis. Hactenus Ronchegallus.

6. A qua ſententia nihil omnino dimovet, quod hinc deduci poſſe videatur, conſtitutionem reorum ita hodie prorſus fore inutilem, nec quidquam amplius habituram in receſſu, quari eam obligationem, quæ inter principalem debitorem ejuſq; fidejuſſorem creditori comparata eſt. Præter-
7. quam enim quod fidejuſſores â correis eo differant, quod hi ſuo & proprio morbo laborent, illi vero alieno teneantur Schrad. *in Lexico ſub verbo fidejuſſores* Hier. Magon. *Deciſ. Lucenſ.* 92. *n.* 6. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 27. *in præm. n.* 2. nec correus beneficio excuſſionis (quod fidejuſſori integrum eſt) regulariter uti poteſt, ut paulo inferius dicetur. Poteſt præterea Creditor correos, ut beneficio huic diviſionis ſibi competenti renuntient adigere, eoq; pacto omnino qnod ajunt in portu navigare, quod quotidiana experientia teſte, jam quaſi in morem abiit Matth. Stephan. *ad Nov.* 99. *n.* 11. Rich-
8. ter *ad Auth. Hoc ita, n.* 65. Porro nec id ſententiam mutare facit, quod correi tum nihil differant ab iis fidejuſſoribus, qui ſe ſimul principales debitores conſtituerunt, ut pote quibus

nec

nec beneficium excuſſionis vel ordinis competat, ſiquidem hæc hypotheſis omnino inter Doctores controverſa eſt, Negativam namque defendunt Gail. *libr. 2. obſ. 28. n. 2. & 3.* Ant. Hering. *de fidejuſſor. cap. 27. part. 1. n. 84. & plur. ſeqq.*. Andr. Fachin. *libr. 8. controv. cap. 54.* Beſold. *in theſaur. pract. ſub voce* **Selbſt Schuldener** / *pag. mihi* 857. *& ſeqq.* Berlich. *part. 2. concl. 23. n. 4. & ſeqq.* Ungepaur. *Exerc.* 11. *quaſt.* 8. *in ajo.* Con- 9
tra affirmativam ſtabiliunt & ſequuntur Grevæus *ad Gail. libr. 2. concl. 28. Conſid. 1. n. 4.* Sceidwin. *ad § ſi plures J. de fidejuſſ. n. 13. & ad §. item ſi quis. J. de action. n. 61.* Carpzov. *part. 2. conſt. 18. def. 2. & libr. 2. Reſp. tit. 6. reſp. 75.* Finckelthuſ. *obſ.* 107. *n.* 10. *& 2. ſeqq.* Bacchov. *ad Treutler. vol. 2. Diſp. 28. theſ. 5. lit. C. & D.* Frantzk. *Exerc.* 10. *quaſt.* 8. *cum plur. aliis*. & quid hic magnopere vetet dicere iſtiuſmodi promittentem pro correo habendum, qui ſimul pro correo fidejusſerit, cui utiq; diviſionis beneficium largiuntur diſſentientes ſupra citati? 10
Hodie igitur unius pro parte virili ſeu vata tantum conveniri & condemnari poteſt, quod ſuggerunt verba *Nov. 99. cap. 1. pr.* OMNES EX ÆQVO CONVENTIONEM SUSTINERE. Modo hanc exceptionem in judicio allegaverit. Neque enim Imp. voluit, ut obligatio inter correos ipſo Jure dividatur, ſed exceptionem duntaxat ipſis tribuit. Quod & Franc. Balduin. recte animadvertit, & Cujac. *ad Nov. noſtram*, quam proinde ſi non opponatis, qui in ſolidum conventus eſt, in ſolidum quoq; condemnabitur, cum beneficium invito non detur *L. 96. ff. d. R. J.* Ritterſhuſ. *ad Nov. part. 3. cap. 6. n. 8. add. §. Si plures 4. J. de fidejuſſ.* Gail. *libr. 2. obſ. 27. n. 5.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 27. part. 2. n. 78. & ſeqq.* Mev. *part. 3. deciſ. 4. n. 4.* Brunneman. *ad l. 11. ff. de duob. reis n: 2.* Jo. Philipp. *in uſu pract. Inſtit: libr. 3. tit. 17. Eclog. 51. n. 10. & 11.* Lauterbach: *Vol. 1. Diſp. 4. theſ. 31.*

Sed quando hæc exceptio opponenda ſit? quæſtionis 11.
eſt, quæ ex altera quæſtione omnino decidenda erit, an nimi-

Digitized by Google

rum hæc diviſionis exceptio dilatoria ſit, an peremtoria? Di-
latoriis eam accenſet Matth: Coler. *ad cap. 2. &c. dilecti Decimo*
de Except. n. 47. Sneidwin. *ad §. Si plures J. de fidejuſſ. n.* 14. Myn-
12 ſinger. *reſp.* 31. *n.* 19. Hieron. Magon. *decis Florent.* 4. *n.* 6.
At alii eam volunt eſſe anomalam *per l. ſi fidejuſſ.* 10.
§. 1. *C. de fidejuſſor.* Gometz *var. reſol. tom.* 2. *cap.* 13. *n.*
15. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 15. *n.* 4. quam ſententiam quo-
que communem & procul dubio variorem aſſerit. Hering.
13. *de fidejuſſ. cap.* 28. *n.* 31. *&* 32. Alii deniq; eam peremtoriis ex-
ceptionibus aggregant, quæ probabilior forte videri poſſit.
Peremtoria namque exceptio eſt, quæ actionem perimit &
fines principalis negotii exhaurit §. 8. *J. de Except. l.* 3. *ff. eod.*
hæc autem diviſionis exceptio quoad portiones â confidejuſ-
ſoribus vel correis prœſtandas, actionem perimit, & perpe-
tuum habet effectum. Unde ſua ſponte ſequitur, illam pe-
remtoriam eſſe, Arn. Vinn. *Select. quæſt. lib.* 2. *cap.* 40. *pag.* 515.
in fin. & ſeqq. Lauterbach. *Diſp. Tubing. Vol.* 1. *Diſp.* 4. *theſ.* 32. Jo.
Jacob. Schütze *in compend. Jur. Lauterbachian: tit. de Fidejuſſor.*
14. *p.* 1012. Ex quibus facile confutari poſſunt, quæ pro prima
ſententia illam nempe dilatoriam eſſe afferri ſolent, quorum
primum argumentum deſumtum *eſt. ex §. Si plures J. de fide-*
juſſ. qui dicit compelli creditorem partem â ſingulis fidejuſſo-
ribus, qui modo ſolvendo ſint temporæ litis conteſtate, pe-
tere, ſi quis autem eo tempore ſolvendo non ſit, hoc cæte-
ros onerare, unde colligere amant, eodem quoq; tempore
hanc exceptionem eſſe opponendam. Deinde nituntur *L.*
liberum 16. *C. de fidejuſſor.* ubi poſt litem conteſtatam diviſionis
petitio redintegrari poſſe negatur, unde inferre ſatagunt,
quod omnino poſt litis conteſtationem exceptioni huic locus
nullus ſit reliquus; Deniq; quod fidejuſſori inficianti, benefi-
cium diviſionis ſit præcluſum *L. ſi dubitet* 10. §. 1. *ff. de fide-*
juſſor. Litis autem conteſtatio non niſi negativa â parte ejus,
qui convenitur fieri poteſt *L.* 2. *C. de jur. jur. propt. calumn.*
dand.

Digitized by Google

dand. Reſpondetur enim ad primam rationem, & ſi diviſionis exceptio poſt litem conteſtatam objiciatur, non eo minus tamen actio, inter eos dividi poteſt, qui tempore litis conteſtatæ ſolvendo fuerunt, & divenda eſt, ſi is, qui hac exceptione utitur probet alios quoq; eo, tempore ſolvendo fuiſſe *L. inter eos 51. §. 1. ff. eod.* Mantic *de tac. & ambig. convent. libr. 14. tit. 19. n. 2.* laborat ergo conſequentia *ex §. ſi plures J. de fidejuſſ.* formata. Perinde ad ſecundum argumentum tranſecundo, loquitur *d. l. 16. C. de fidejuſſor.* de caſu prorſus diverſo, ubi creditor cum omnibus fidejuſſoribus ſimul egit ad partes viriles, atq; ita ipſe actionem inter illos diviſit, qui ea propter poſt litem conteſtatam actionem diviſam ſemel inſtaurare nequit. Peſſime ergo, nec citra fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, inde infertur, quod diviſionis Exceptio poſt litis conteſtationem omnino opponi non poſſit, tandem nimis leve dicit, quod *ex L. 10. ff. de fidejuſſor. §. 1.* objicitur fidejuſſori inficianti auxilium epiſtolæ D. Hadriani non indulgeri, quippe cum non ſimplex inficiatio fidejuſſionis ab hoc beneficio epiſtolæ Dni Hadriani excludat, puta ſi quis neget ſe teneri, ſed ſi neget ſe fidejuſſorem eſſe, ſive inficietur ſe omnino fidejuſſiſſe Vinnius *d. quaſt. 40. p. 515. circa fin.* conf. Hering. *de fidejuſſor cap. 27. part. 2. n. 53. & ſeqq.* Nec pto anomala exceptione adſtruenda facit illud argumentum quia diviſionis exceptio, tam ante, quam poſt litem conteſtatam opponi poteſt. Tempus enim, quo hæc vel illa exceptio eſt opponenda, non mutat ejus naturam, & quamvis exceptio aliqua, etiam ante litis conteſtationem opponatur, hoc ipſum tamen non impedit, quo minus ea recte peremtoria dicatur, ut eleganter diſerit Lauterbach. *d. theſ. 32.* confer. Hering. *cap. 28. n. 10. & ſeqq.* J. lico Ummius *ad proceſſ. diſp. 8. theſ. 4. n. 29. in pr.* quinimo idem Hering. *d. l. n. 18. & 19.* ex Zaſio & Arn. de Reiger *in proceſſ. judic. diſp. 4. theſ. 19.* docet nullas eſſe exceptiones anomalas 15.

add.

Digitized by Google

add. Ummius *d. Diſp.* 8. *theſ.* 9. *n.* 58. *in pr.* ubi in medio relinquit, an ſint exceptiones anomalæ.

17. Cum igitur peremtoria ſit diviſionis Exceptio inde ſequitur, quod lite pendente non tantum, ſed etiam poſt ſententiam in ipſa exſecutione opponi poſſit Gail. *libr.* 2. *obſ.* 14. *n.* 5. Carpz. *libr.* 6. *tit.* 7. *Reſp.* 64. *n.* 18. *& part.* 2. *deciſ* 206. *n.* 18. Peretz. *ad Cod. de duob. reis n.* 16. Jo. Philippi *d. Eccloq.* 51. *n.* 12. Mevius *d. deciſ* 4. *n.* 3. Freyer. *de ſolut. cap.* 2. *n.* 18. quamvis quoad exſecutionem, & quod in illa opponi poſſit, diſſentiant Zanger. *de Excep. part.* 3. *cap.* 19. *n.* 4. *& ſeqq.* huncq; ſecutus Brunneman *ad l. fidejuſſor.* 10. *n. fin*, Hering. *de fidejuſ-*
18. *ſor. cap.* 28. *n.* 31. *& ſeqq.* Lauterbach. *d. Diſp.* 4. *theſ.* 34. Aliter diſtinguit Schrader. *J. h. t. n.* 66. quod ſi unus ſolus conventus ſit, hic beneficio diviſionis uti poſſit uſq; ad ſententiam, poſtea vero non Si vero omnes rei debendi in ſolidum conventi fuerint, etiam poſt condemnationem uſq; ad exſecutionem ſententiæ, de hoc beneficio diviſionis excipere poſſint, quia tunc quilibet tantum in partem Creditori con-
19. demnatus, ut jam dictum *cap.* 7. *n.* 66. Verum enim vero quæ hactenus de temporibus opponendæ hujus exceptionis, diſputata, omnino videri queant ſupervacanea, poſtquam *novis Imp. Receſſ. de Anno* 1654. *in* §. Es ſoll auch hinführo 37. difertis verbis diſpoſuit, wie der Beklagter alles und jedes / was Er dilatorie oder peremtorie einzuwenden haben möchte / auff einmahl (in primo ſcilicet termino) bey Straffe der Præcluſion einbringen ſolle. Sprenger *add receſſ. & Inſtr. Pac. tit. de foro competente.* Dn. Joann. Wolffgang. Textor. *ad d. receſſi imper. Diſp.* 4. *theſ.* 35. quod etiam fundamentis juris canonici & civilis nititur vid. Ummius. *d. diſp* 8. *theſ.* 9. *n.* 60.
20. *p.* 379. Duplici autem caſu hanc præcluſi pœnam ceſſare docet Textor. *d. l. & autor. addit. ad Rodingy pand. Cameral. libr.* 3. *tit.* 30. *p. mihi* 726. (1) Si ratio excipiendi exorta demum fuerit poſt terminum (2) Si pars juret lapſo demum termino

excepti-

exceptionem in ejus perveniſſe notitiam *per text: in c: paſtoralis Decimo de Except:*

Adeo autem correis competit diviſionis beneficium, ut illo uti poſſint, quamvis in obligationis Inſtrumento nominatim dictum ſit, ſingulos in ſolidum teneri debere, cum ejusmodi conventio, expreſſam diviſionis renuntiationem annexam non habens, conſtitutionem juris & conditionem immutare nequeat *L. non recte 3. C. de fidejuſſor:* Borchold: *de pactis cap. 5. n.* 80. nec correus diſerta hac expreſſione quidquam aliud promittat, quam quod ſtatim ab initio ipſo jure jam in illius perſonam introductum eſt & proviſum. Quandoquidem ergo hic proviſio hominis cum proviſione juris concurrit, & ad unum utraque quidem effectum tendit, hominis proviſio hæc plane pro abundanti habetur, nec adeo jus commune lædere poteſt *L. quia dubitationis 81. ff. d. R. J. l. qui mutuam 56. ff. mandati L. Teſtamentum 17. C. de Teſtam:* vid: eleganter Hering: *de fidejuſſor: cap. 27. part: 2. n. 32. & n. 56. cum ſeqq.* Ritterſhuſ: *ad Nov: part. 3. cap. 6. n.* 13. Richter: *ad Auth: hoc ita C. h. 4. n.* 7. Multo minus ergo verba: **Sämbtlich / ſonderlich und unverſcheidentlich /** beneficium diviſionis excluderit, utpote, quæ non tam beneficium diviſionis concernunt, quam ipſam obligationem, eos videlicet, in ſolidum & indiviſim obligatos eſſe velle, quod quidem cum diviſionis beneficio nihil habet commune, quum ſimul ſtent, quem eſſe in ſolidum & indiviſim obligatum, & nihilominus diviſionis beneficium ſibi integrum eſſe Hartmann: Piſtoris *obſ:* 112. *n.* 14. *& ſeqq.* Nec ſoli tantum correi ſed illorum quoque 22. heredes beneficio diviſionis gaudent *arg. l. ſi plures §. ſicut ipſi ff. de fidejuſſor: l. ſi in teſtamento in fin: pr. eod: l. heredes C. ad S. C. Vellej:* Hering: *d. l. n.* 27.

Patitur nihilominus ſuas limitationes ſeu exceptiones hæc regula. Et primo quidem ſi alter reorum abſens 23. fuerit, *Nov: 99. cap. 21. pr. Auth. hoc ita. C. de duob. reis.* Abſentem vero hic commode accipimus, qui non ſubjectus eſt 24.

 eidem

eidem territorio & jurisdictioni, ac proinde actori non ita expedita & facilis illius conventio. Non igitur, ſi ambo eodem loco domicilium habeant, alter autem abſit peregre, is pro abſente habebitur, cum nihilominus idem redineat forum domicilii puta, & cum eo litigari poſſit ſaltim per procuratorem Vid. Sichard: *ad l. 2. C. h. t. n.* 11. Angel: Aret, *ad §. duo pluresve J. h. t. n.* 5. Pract: Ferrar: *in form: libell: contra plures reos debend: §. quilibet ipſorum n.* 4. *vſ. dicitur autem quis abſens p.*

25. *mihi* 341. Donell: *de duob: reis cap.* 13. *n.* 9. Fieri tamen poteſt, ut pro abſente habeatur etiam is, qui eſt in eodem territorio, ſi nempe doloſe latitet, & ſe occultet, ne conveniatur *per l. Fulcinius* 7. §. 1. *qui ex cauſ: in poſſeſ*: Guid: Papa *deciſ: Gratianop:* 570. *n.* 1. Ronchegall. *ad. l.* 3. §. *ubi duo ff. de duob: reis n.* 182. conf. Carpzov: 2. *conſt:* 18. *def.* 11. *n.* 4. *&* 5. ubi præjudicium addit ſub hiſce formalibus Dieweil Sie aber dannoch dem beneficio excuſſionis außdrücklich nicht renuntyret / ſo iſt ihm ſich deſſelbigen zugebrauchen unbenommen. Es wahre denn / dz eurem Berichte nach obgedachter Veit Meyer Schulden halben flüchtig / und nirgends ſicher wohne / auff den Fall wehret Ihr die Bürgen um die bezahlung zubelangen / wohlbefugt V. R. W. Quod etſi in terminis beneficii excuſſionis loquitur, tamen ex identitate rationis hic optione accommodari po-

26. teſt. Sicuti pro abſentibus quoque habendæ ſunt perſonæ minus legitimæ, puta, pupillus vel minos, quibus pro legitimatione dandus eſſet tutor vel curator, & ob id teneretur mittere creditor ad alium locum, vel exigeretur in ipſa legitimatione, ſolennis inquiſitio inveſtigatioque, ita, ut cœteri correi, qui habent perſonam legitimam, ſoli conveniri poſſint per ea, quæ diſputat idem Ronchegall: *d. l. n.* 189. â quibus traditis recedit tamen *n.* 190. aſſerens, onus legitimandi ad conventum pertinere, ita tamen, ut duplicem hic ponat caſum, Aut nempe ipſe actor contraxit cum perſonis illegitimis, & eſt quod ei imputari poſſit, cum ſciverit aut ſcire debuerit illarum

Digitized by Google

larum conditionem *l. qui cum alio 19. pr. ff. de R. J.* unde creditor videtur ſe adſtrinxiſſe ad perſonarum legitimationem. Aut perſonæ illegitimæ ſunt ſuffectæ in locum legitimarum, cum quibus jam antea fuerat contractum, & tunc cum per mutatiouem perſonarum, non mutetur obligationis conditio *l. 2. §. ex his 2. ff. de V. O.* â convento eſt facienda intra certum huic rei præfigendum terminum legitimatio, quo elapſo, ſi ea non ſit facta aget creditor adverſus eum ſolum, qui habet legitimam perſonam: Hæc ex mente Ronchegall. libuit annotare.

Idem videri queat eſſe dicendum, ſi alter reorum forſan pure, alter in diem aut ſub conditione ſit obligatus, quod fieri poſſe *ſupra cap. 3. n. 57. & ſeqq:* eſt oſtenſum, tunc enim, qui pure fidem adſtrinxit, dummodo correi conditio adjecta non extiterit, aut dies nondum venerit â creditore, conventus exceptione diviſionis non eſſe juvandus cenſeri poſſit, cum alter nondum teneatur, ſed obligatio illius adhuc in ſuſpenſo ſit, habendus proinde pro abſente ex ſententia Bart: *ad l. 2 ff. de duob: reis per l. ex duob:* 7. *ff. eod.* Donell. *de duob. reis cap.* 13. *n.* 10. Card: Mantic: *de tac: & ambig: convent: libr.* 15. *tit.* 3. *n.* 28. Jacob: Schultes: *ad Modeſt. Piſtor. part.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 7. Verum ab hac Bart. opinione divortium fecit poſt Dyn. Salicet. *in Auth. hoc ita C. h. t. quæſt.* 3. niſi de jure antiquo id minus recte adferi contendens. Cum hoc beneficium diviſionis exemplo fidejuſſorum ab Imp. ſit introductum his autem ſuccurratur per beneficium, ſi pendente conditione alterius fidejuſſoris pure obligatus conveniatur *per l. ſi plures 27. pr. ff. de fidejuſſor. ibiq.* Brunnemann. *in Comment. n.* 1. *&* 2. quam ſententiam quoque ut æquiorem præ altera ſequendam puto præſertim cum diverſi quid, *in d. Nov. 99. & deſumta inde Auth.* nominatim diſpoſitum non reperiatur Vid. late Trentacinq: *libr. 3. tit. de ſolut. Reſolut.* 34. *n.* 6. *&* 2. *ſeqq.* Dn. Struve *in Syntagm. Exerc.* 47. *theſ.* 27. Brunneman. *ad* 6. *l.* 7.

 ff. de

27.
28.

ff. de duob. reis n. 2. *&* 3. Zanger. *tract. de Except. part.* 3. *cap.* 19. *n.*
29. 8. Sed Bart. *ad l. Si ex duobus* 12. *§. Si à Titio. & pupillo circa fin.* non credit ſimpliciter illud eſſe verum, nec *l.* 3. § 1. *ff. de duob. reis per l. ſi plures* 27. *ff. de fidejuſſor.* vult eſſe correctam ex hac ratione, quia beneficium diviſionis aliter reis debendi non competat, quam ſi invicem ſimul fidejuſſerint. Sed impoſſibile eſſe, quod obligatus pure, videatur fidejubere pro eo, qui ſub conditione tenetur *per l. Grace* 8. *§. illud* 7. *in fin. ubi conceptis verbis dicitur, quod ſi reus ſub conditione ſit acceptus*
30. *fidejuſſor pure non obligabitur.* Cœterum hæc objectio tanti non eſt, ut nos ab æquiori hac ſententia dimovere poſſit aut debeat. Etſi enim reo principali in diem vel ſub conditione obligato, fidejuſſor pure obligari nequeat tamen id in correis debendi aliter ſe habere jam *ſupra cap.* 3. *n.* 70. *& ſeqq.* probatum eſt. Deinde falſa nititur hypotheſi Bartolus, quaſi beneficium diviſionis illis tantum reis competat, qui invicem ſimul fidejuſſerunt, ſed omnibus reis indiſtincte ut hoc ipſo *cap. n.* 3 jam aſſertum. Unde Bartoli modo allatum pro contraria ſententia argumentum facile corruit.

31. Quæritur porro, utrum quemadmodum fidejuſſori convento, ubi abeſt principalis debitor, præfigitur tempus, ad reducendum ſeu præſentandum ipſum principalem, priusquam fidejuſſor conveniatur *Nov.* 4. *cap.* 1. *verſ. Sed & hoc quidem, ibi judex det tempus intercesſori, volenti principalem deducere Auth. præſente vſ abſente autem C. de fidejuſſor:* pari pacto indulgendum ſit tale tempus uni ex correis, quo alium abſentem reducat? Et Bartolus quidem *ad l.* 3. *ff. de duob. reis quæſt.* 7. in negativam concedit ſententiam, quem catervatim Dd. ita ſequuntur, ut Ronchegall. *add. l.* 3. *§. ubi duo n.* 194. *in fine* non dubitet aſſerere hanc opinionem, ut communem in judiciis eſſe ſervandam. Richter *ad Auth. hoc ita C. h. t. n.* 11. Fun-
32. dat ſe autem in authoritate Gl. *in Auth. Hoc ita C. h. t. ſuper verbis*, **abſentes autem** *& in Auth. præſente C. de fidejuſſor. Gl. pri-*

ma

ma hac potiſſimum ſuffultus ratione aliter eſſe conſtituendũ, ubi ſit expreſſa fide juſſio, aliter, ſi quaſi tacite intelligatur, ut hic in duob9 reis de qua ſententia jam *ſupra cap.5. n.5. & ſeqq.* actũ eſt, unde infert, nõ idem eſſe ſtatuẽdum in fidejuſſione tacita, quod in expreſſa, præſertim, quia fidejuſſor alienæ tantũ obligationi accedit, & ob id alieno morbo laborat, re9 vero debendi un9 æq; principalis eſt ac alter, proprio proinde infectus morbo, unde fiat, ut mitius cum fidejuſſore ſit agendum quã cũ correo debendi *l. legem 7. C. de natur. liberis ibi qua indigni non ſunt, qui alieno laborant vitio & l. fin. pr. ff. qua in fraud. cred.* Ronchegall. *d. l.* qui tamen *n. 195. & ſeqq.* docet, illam veritati eſſe contrariam, & magis vi autoritatis, quam quod juridica ſit, ſequendam: Ut ita ſentiat movetur hac ratione; quod *Nov. 99. ſ.* conſtitutio de duobus reis debendi ſit appendix quædam *ad Nov.* 4. ſive de fidejuſſoribus. Omnia igitur ea, quæ ſunt in priori expreſſa, in hac quatenus accommodari poſſunt, repetita ceſſentur. Jam vero *Nov.* 4. clare admittit, tempus reducendi abſentem fidejusſoribus eſſe concedendum, non modo, quoad fidejusſores reſpectu reorum principalium, verum ad alios omnes, his non diſſimiles, madantores, puta & conſtitutores pecuniæ. At rei tales etiam ſunt, cum præterea fidejusſores ſunt (ut quidem Ronchegall. ex hypotheſi ſua, ac ſi *Nov. 99.* tantum ad reos debendi, qui ſimul invicem fidejusſerunt, referri debent, colligit) E. Quæ argumentatio ob utramque præmiſſam evidentiſſimam, quomodo evitari aut retundi poſſit vix percipio. Quanto magis ergo valida erit ſi altera ſententia præſupponatur? *Nov. 99.* ad omnes indiſtincte reos debendi, fidejusſerint hi inter ſe vel minus, omnino pertinere, quæ adſtructa hoc ipſo. *cap. n. 3. & ſeqq.* Cum igitur omnibus debendi reis per illam ſit conſultum merito etiam tempus ad reducendum abſentem fidejuſſoribus indultum commodo cedet. Nec in contrarium allata ſubſiſtere poſſunt. Inanis namque eſt diſtinctio inter fidejuſſionem expreſſam & tacitam. Cum eadem vis ſit taciti

33. 34.

citi quæ expreſſi *arg. l. cum quod 3. ff. de reb. cred.* Ronhegall. *d. l. n.* 196. *vid.* Barboſ: *in Theſaur. loc. commun. libr* 18. *cap.* 2. *axiom.* 2. accedit. quod tacita fidejuſſorum conſtitutio inter correos debendi reſpectu creditoris non eſt in rerum natura ut loquitur Roncheg. *loc. modo citato conf.* jam dicta *cap.* 5. *n.* 15. *& ſeqq.* Interea ſi ad ſolos correos debendi qui invicem fidejubeant reſtringenda ſit ſanctio *Nov.* 99. ſane oppido in anguſtum illa cogeretur, ut vix efficacia illius aliqua deprehendatur eſſe reliqua ipſis etiam invicem fidejubentibus beneficio diviſionis nimium quantum circumſcripto. Statuat ergo hac in quæſtione benevolus lector, quod juri cenſebit maxime eſſe conſentaneum.

35. Quid autem litis conteſtatæ tempore qui aberat reus ſi ea adhuc pendente abſens eſſe deſinat, numquid alteri, qui litem ſolus accepit, diviſionis exceptio adhuc erit integra? Quod quidem affirmandum per tradita hoc *cap. n.* 17. quod
36. quandocunque opponi poſſit, quinimo Licet eam pro dilatoria habere velis, tamen adhuc ſalva res eſt, quantumvis enim exceptiones dilatorias ante litem conteſtatam opponi debere regulariter receptum ſit, nihilominus tamen extra controverſiam eſt, poſt litem etiam conteſtatam eas recte objici, ſi tum demum de novo emerſerint. *arg. l. ſi pecunia 6. ff. ut Legat. l. fin. C. de conſort. ejusd. lit. C. inſinuante 25. X. de offic. & proteſt. jud. de leg.* Marant. *Spec. aur. part.* 6. *membr.* 9. *n.* 8. Zanger. *de Except. part.* 2. *cap.* 22. *n.* 7. Brunneman. *ad l.* 2. *C. de conſort. ejusd. litis in fin.* Ummius *ad Proceſſ. diſp.* 8. *theſ.* 9. *n.* 56. *vſ. Tum demum poſt litem conteſtatam pag.* 371. *in fin: & ſeqq.*

37. Alterum caſum, quo diviſionis beneficium exſpirat, nec locum invenit Imperator *in d. Nov.* 99. *& Auth. hoc ita C. de duob. reis* ponit, ſi præſens quidem correus ſit attamen non ſolvendo. Fruſtratorium namque omnino videtur, actorem vana dilatione ludere, ubi nihil ab altero exſculpſerit, regreſſum ad te dénuo habiturum, & inanis eſt actio, quam inopia

opia debitoris excludit *L. nam is 6. ff. de dolo malo ibiq.* Brunneman. *in Comment*: Rittershuſ: *ad Nov. part. 3. cap. 6. n.* 10. Richter. *ad l. 25. C. de pact. n. 58.*

Sed cuinam ſolvendo alterum non eſſe, probatio incumbet, actori ne an reo, qui de diviſione excipit, controverſum eſt. Et prima quidem fronte reo imponenda eſſe videbatur *per l. ſiquidem 9. C. de Except*: quandoquidem ex præfatione Imp. *add. Nov. 99.* liquet, exemplo fidejuſſorum, reis quoque beneficium diviſionis eſſe indultum. At his aliter exceptio hæc ſalva eſſe nequit, niſi contra actorem, quaſi alter ſolvendo non ſit replicantem, eum utique ſolvendo eſſe probaverint *per l. ſi dubitet* 10. *ff. de tut. & rat. diſtrah.* Pract. Ferrar. *in form. libell. contra plur. reos debendi §. quilibet ipſorum n. 5. pag. mihi* 342. ubi ad hoc etiam citat. *l. 1. §. nunc tractemus* 10. *vſ. ſed etſi non omnes* 12. *edit.* Gothofred. *ff. de tut. & rat. diſtrah.* 38.
Cæterum cum illa hypotheſis de fidejuſſoribus *ex d. l.* 10. 39.
difficulter probetur, alter textus inſuper *in §.* 12. ne nimiam quidem mentionem faciat, cui onus probandi correum ſolvendo non eſſe incumbat, rectius ſtatuitur cum Bartolo, actori probationem ejus eſſe injungendam, *arg. pr. J. de replicat*: 40.
Nec obſtat huic ſententiæ quidquam *L. 9. C. de Except.* quin eam firmare potius videtur, perinde enim ut reo ibi imponitur exceptionis probatio *add. l. in exceptionibus* 19. *pr. ff. de Probat. ibiq.* Brunneman. *in Comment. n.* 1. Mevius. *part.* 5. *deciſ.* 127. *n.* 6. ita quoque conſequens erit actori per replicationem illam everſuro ſimiliter probationem imponendam eſſe, & hanc ſententiam ſequuntur Angl: Aret: *ad. §. duo pluresve J. de duob. reis. n.* 4. *poſt. med.* Jo. Sichard. *ad L. 2. C. h. t n.* 10. Alex Trentacinq. *n.* 43. *libr.* 3. *tit. de ſolutionibus reſol.* 43. *& ſeqq.* Brunneman. *add. l. 2. de Auth. Hoc ita C de duob. reis.* Dn. Joa. Wolfg. Textor. *ad noviſſ. Receſſ. de anno* 1654. *Diſp.* 14. *theſ.* 63 *&* 64. Berlich. *part.* 2. *concl.* 24. *n.* 142. Carpzov. *part* 2. *conſt.* 18. *df.* 15. *n.* 5. *&* 6. ubi elegans ſubjicit præjudicium Menſ. Sept. 1625.

hiſce

hiſce verbis Da aber dennoch die Principal-Schuldener notorie nicht ſolvendo wären / oder aber der Creditor ſolches erweiſen würde / inmaſſen Ihme ſolches zu thun oblieget. So hättet Ihr euch mit dem angeregten beneficio excuſſionis (diviſionis) nicht zu ſchützen / Richter *ad Auth. præſente C. de fidejuſſor. n.*
41. 38. Cœterum poſt longam & ſatis ſcrupuloſam diſputationem Ronchegall: *ad d. l. 3. §. ubi duo ff. de duob: reis n.* 150. *& ſeqq:* reo debendi exceptionem diviſionis alleganti, probationem quod correus ſolvendo ſit, imponendam cenſet, & ita ſententiam priorem ſequitur *n.* 153. *& ſeqq.* Rationes ejus, quia hic liber in paucorum hodie manibus eſt, breviter & per ſaturam quaſi annotabo, liberum ubique lectori judicium relinquens.
42. Primum eſt, quod ipſo jure diviſio actionis inter plures reos debendi non ſit, inducta, ſed ſi eandem rei non opponant, recte in ſolidum condemnentur, ut ſuperius jam monitum. Ex hac hypotheſi infert ſi neceſſario hæc exceptio alleganda, perinde etiam ab alleganti erit probanda *l. ab ea parte* 5. *pr. ff.*
43. *de probat: l. Siquidem* 9. *C. de except:* Secundo urget, quod dicere, reos conventos exceptionem fundatam habere ex juris diſpoſitione, falſum ſit, cum debeant illi jus deducere, & juris requiſitia pro forma, ſeu ſub conditione, plene probare alioquin beneficium non opitularetur illis. Jam vero quemlibet natura potius pauperem præſumi, quam divitem, prout Dd. communiter placuiſſe pluribus hanc in rem laudatis docet Ronchegall. *d. l. n.* 152. *per can. Sicut* 8. *diſtinct:* 47. *ibi: quando in hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris exſiſti, quibus quaſo facultatibus quibusq́, ſubſidiis ingreſſus es?* conf. Alciat. *de præſumt: reg.* 2. *præſumt:* 27. *n.* 4. Hinc ubi allegatio divitiarum aut paupertatis, eſt fundamentum intentionis alicujus,
44. ei incumbet onus id probandi. Tertio dicit beneficium diviſionis correis debendi per jus novum ad correctionem juris veteris eſſe indultum, proinde ita arctari debere jus hoc novum, ne creditor multis novationibus obtruatur, Hoc autem

Digitized by Google

autem futurum,ſi illi non tantum electio ſit ademta, & cogatur cum pluribus agere, ſed etiam cogatur probare id, quod eſt fundamentum intentionis conventi in illius perniciem. Denique ſicut creditor ipſe probare tenetur, principalem non eſſe ſolvendo priusquàm fidejuſſorem convenire poteſt, unde manifeſte patet, ſolam allegationem & præſumtionem paupertatis ibi non ſufficere,ergo probatio divitiarum correi itidem injurgenda erit reo debendi, diviſionis exceptionem alleganti. Quam ſententiam amplectitur quoque Magnif. Dn. D. Martini Cancellariæ hujatis Director meritiſſimus *in Comment: for. ad ord. jud. Saxon: tit.* 20. §. 1. *n.* 17. Idem in beneficio diviſionis aſſerit, ſi reus abſens vel præſens eſſe dicatur Ronchegall: *d. l. n.* 185. *& ſeqq.* Cogitandum hic cuivis relinquo,utrum diverſe hæ ſententiæ,ſub ea diſtinctione conciliari queant: Utrum ſcilicet reus conventus exceptionem diviſionis ſimpliciter allegaverit, an vero diſerte adjecerit, correum ſuum inſuper ſolvendo eſſe; ita, ut priori obtineat ſententia, poſteriori altera, conf. Dn. Schülter *ad π. Exerc:* 1. *theſ.* 10.

Illorum quoque numero qui ſolvendo non ſunt habendos exiſtimo, qui reſcriptum moratorium forte â Principe impetrarunt de quibus concepta *L. quoties* 2. *C. de precibus Imp: offerend: reformatio* Güther Policey zu Augſpurg *Anno* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauff-Leuten 22. §. Und nach dem 2. *&* zu Franckfuhrt *de Anno* 1577. *tit.* 23. §. Wenn auch ſolche *in fin.* add. breviter & nervoſe Ant. Hering: *de fidejuſſor. cap.* 5. *n.* 101. *& ſeqq. & operoſo tractatu* Freudeberg. Unde ſi reorum alter ejusmodi reſcripto vel privilegio ſit munitus, alter nihilominus in ſolidum convenietur,ſecundum communem Dd. ſententiam. Privilegium enim illud plane eſt perſonale,nec igitur ultra perſonam cui conceſſum, extendi debet, *arg. l. privilegia* 196. *ff. de R. J. l. ſi Titius* 48 *ff. de fidejuſſor:* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 27. *part.* 5. *n.* 76. *& ſeqq.* Secus eſt benefi- 47.
cium

Digitized by Google

cium moratorium detur omnibus debitoribus generaliter ob calamitatem temporum tunc namque Exceptio videtur realis, & correo etiam proderit Mevius *part.3.deciſ.261.n.4.* Brun-
48. neman. *ad L. exceptione 7. n. 2. ff. de Except.* Hic obiter notandum, quod quamvis Imp. Majeſtas in noviſſimo Imperii receſſu de Anno 1654. *in §.* **Dieſer unſerer bißher geſetzter Verordnung** 175. promiſerit **ins künfftige keine andere** moratoria **dieſer allgemeinen Reichs-Verordnung entgegen/ nicht außgehen noch ertheilen zu laſſen/** inde tamen ipſi omnem poteſtatem moratoria concedendi non prorſus eſſe ademtam,
49 ceu eleganter demonſtrat Jo. wolfg. Textor. *ad d. Receſſ. de Anno 1654. Diſp. 14. theſ. 78. & ſeqq.* Sufficit autem ad beneficium diviſionis impetrandum, correos debendi tempore litis conteſtatæ ſolvendo eſſe, ita ut licet poſtea ſolvendo eſſe deſinant hoc tamen non pertineat ad onus ejus, qui ſolvendo eſt, nec ipſe quoad eorum partes, amplius cum effectu conve-
05. niri poſſit. *L. 41. §. pen. ff. de fidejuſſ. l. 16. C. eod.* Bocer. *claſſ. 1. Diſp. 17. theſ. 32.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 19. n. 3.* Arn: Vinnius *d. quæſt.* 40. Quærere etiam ſolent Dd. quid de beneficio diviſionis ſit futurum, ſi alter quidem reorum præſens ſit & ſolvendo, at exigi nequeat, propter defectum quidem perſonæ, ut quia pupillus vel minor caret tutore vel curatore? Et varie hic diſtinguit, prout videre eſt apud Bart: *ad l. ſi ex duobus § ſi à Titio 12. ff. de duob. reis & ad Auth. hoc ita C. eod. §. Decimo quarto.* Verum enim vero, cum *ex d. l. 12. jam cap. 2. n. 100.* ſit oſtenſum, quod hoc caſu duo rei proprie conſtituti non ſit procul dubio otioſa erit hæc quæſtio, niſi forte fidejuſſor pro pupillo aut minore naturaliter obligato interceſſerit, quod ſicuti de jure fieri poteſt, *§. 1. vſ. at nec illud quidem intereſt J. de fidejuſſor: l. Marcellus 25. ff. eod.* ita quoque certum eſt, reo hoc in ſolidum convento ratione hujus fidejuſſoris præſentis & ſolvendo exſiſtentis beneficium diviſionis com-
51. petere.

Duobus caſibus modo recenſitis, quibus officium per-

dit

dit hæc Exceptio, recte accenſetur etiam tertius, quantumvis nec in *Nov. 99. nec in ſæpe dicta Auth.* expreſſus: Si nempe huic beneficio correi renuntiaverint. Quod quin fieri poſſit dubium non eſt, cum cuilibet juri & favori inutilitatem ſuam introducto, renuntiare conceſſum ſit, *L. Si quis* 29. *C. de pactis. ibiq.* Richter. *n.* 22. *&* Brunneman. quæ renuntiatio illud operabitur, ut nequeant beneficio, alias competente uti, ſed illud allegando neutiquam audiantur. Donell. *C. de duob. reis cap.* 13. *n.* 12. *in fin.* Mantica *de tac. & ambig. convent. libr.* 15. *tit.* 5. *n.* 8. Card. Tuſchus *Lit. R. concl.* 108. *n.* 22. *&* 23. Alex Trentacinq. *libr.* 3. *tit. de ſolut. Reſol.* 34. *n.* 9. Sneidwin. *ad §. pen. J. de duob. reis n.* 3. Weſemb. *par. ff. eod. n.* 7. *ibiq. in Obſ.* Hahn. *pag.* 889. Hering. *de fidejusſor. cap.* 27. *part.* 2. *n.* 12. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 13. *n.* 9. Qvod ut procedat expreſſa 52.
hic ſecundum communem opinionem neceſſaria eſt, generalis non nocet aut impedit, quo minus, qui eam appoſuit, jure tamen ſuo uti poſſit, quandoquidem odioſa & ſtricta eſt, omnis renuntiatio, ideoque nec per interpretationem adjuvanda *L. cum quidam* 10. *in fin. ff. de lib. & poſth. c. odia* 15. *Decimo de R. J. in* 6. Matth. Coler. *de P. E. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 434. *& ſeqq.* Gail. *libr.* 2. *Obſ.* 27. *n* 21. *& Obſ:* 77. *n.* 8. Caſpar. Klock. *vol.* 2. *conſ.* 84 *n.* 2. Hering. *de fidejusſor. cap* 17. *n.* 36. *& ſeqq.* Richter. *part.* 2. *deciſ.* 99. *n.* 84. *& ſeqq. & ad Auth. hoc ita. C. de duob. reis n.* 66. *cum ſeqq.* Berlich: *part:* 2. *concl.* 22. *n.* 5. *& ſeqq.* Quamvis 53.
non deſint, qui generalem renuntiationem quando quis omni juri omni Exceptioni privilegiis actionibus, omni legum auxilio renuntiat ſufficere putant. Jac. Toming. *deciſ.* 1. *n.* 4. *& ſeqq.* Gail. *libr.* 2. *obſ.* 27. *n.* 21. *in fin.* Modeſt. Piſtor. *part.* 1. *Conſ:* 35. *n.* 26. *& part:* 4. *quaſt.* 163 *n.* 2. *& ſeqq.* Matth. Coler. *de P. E. part:* 1. *cap:* 20. *n.* 430. *& ſeqq.* Berlich. *part:* 2. *deciſ.* 186. *n.* 9. *& ſeqq. ad fin:* Chriſt. Beſold. *part:* 3. *Conſ:* 134. *n.* 45. *&* 46. Hering: *de fidejusſor. cap.* 17. *n.* 32. *& ſeqq:* At vero ſi 54.
exactum utriusq; ſententiæ inſtituatur examen, nihil utraq;

 habebit

habebit in commodi, præſertim ſi attendas verba tum generalia, tum ſpecialia diverſimode à Dd. accipi. Sunt enim generaliſſima quæ abſq; ulla ſpecificæ demonſtrationis nota efferuntur. Quædam contra generalia quidem ſunt, non tamen late uſque adeo patentia, ſed quæ ſubalterna quaſi dixeris, ſeu ita affecta, ut generi generaliſſimo (ceu ex Logicis notum) inſint quidem inſtar ſpecierum, nihilominus tamen, ipſa alio quoque reſpectu generis vicem ſubeant. Similis etiam ſpeciei ratio unde in Logicis genus in generaliſſimum & ſubalternum ſpecies vero in ſubalternam & ſpecialiſſimam diſpeſcitur. His igitur ſic poſitis Interpretes generalem renuntiationem non ad mittentes, intelligendi erunt de generaliſſima illa. Hi vero, qui generalem ſufficere aurumant, de genere non ſummo ſive generaliſſimo, ſed ſubalterno, quod diverſis reſpectibus nunc generis nunc ſpeciei locum ſubit, exaudiendi erunt *Vid. eleganter* Bacchov. *ad Treutler. vol. 2. Diſp.* 28. *theſ.* 5. *Lit. C. & D.* Jacob. Toming. *de deciſ.* 1. *n.* 13. *& ſeqq.* Ant. Hering. *d. cap.* 17. *n.* 39. *& ſeqq.* Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. cumprimis n.* 4. ubi tale recenſet præjudicium Menſ. Auguſt. 1595. Ob wohl Andreas Schmied ſich in Bürgſchafft eingelaſſen/ und für den Principaln die Zahlung zu leiſten verſprochen/ der Geſtalt/ daß ihn da wieder kein geiſtlich noch weltlich Recht / privilegien, Statuten, Freyheiten und Gewonheiten / ſo ſonſten den Bürgen zuſtatten kommen möchten/ ſchützen noch handhaben ſollen. Dieweil er ſich aber dennoch des beneficii excuſſionis (eadem diviſionis quoq; ratio eſt) in ſpecie nicht begeben. So mag er auch ſolcher Bürgſchafft halber / ohne vorgehende gebührliche excuſſion. des ſelbſt ſchüldigers/ beſtändiger Weiſe nicht be-
56. langet werden V. R. W. Attamen ſola ejusmodi renunciatio non ſufficit, ad excludendam hanc exceptionem, ſed prævia inſuper certio ratione opus eſt Gail. *libr.* 2. *obſ.* 77. *n.* 3. Trentacinq. *libr.* 3. *tit. de ſolut. Reſol.* 34. *n.* 4. Grævæus *libr.* 2. *con-*

2. *concl.* 77. *n.* 6. *&* 7. Barboſa locuplet. *libr.* 16. *cap.* 31. *axiom.* 13. Berlich. *part.* 2. *Concl.* 19. *n.* 36. *& concl.* 22. *n.* 37. Carpzov. d. l. def. 4. in hiſce verbis præjudicii, weniger auch zubefinden/ daß er ſolches beneficii zuvor gebührlichen erinnert worden wahre. Licet autem notariorum imperitia & ruditas eo Dd. indu- 57.
xerit, ut iis in Inſtrumentis ſuis de Certioratione facta atteſtantibus, ita ſimpliciter fidem habendam negant: Gail. Trentacinq: Grevæus, Berlich. *Id. loc.* Mevius *part.* 3. *deciſ.* 5. *n.* 4. id tamen ad Doctiores notarios merito pertinere aut applicari non debet, Gail. *d. l. n.* 7. & in dubio, ſi aliud nihil obſtet, Notariorum atteſtationibus de facta Certioratione fidem habendam eſſe ſtatuunt, Hering. *de fidejuſſ. cap.* 7. *n.* 482. *& ſeqq.* Jacob. Menoch. *libr.* 2. *præſ.* 79. *n.* 5. Anton. Teſſaur. *deciſ.* 22. *n.* 7. Berlich. *d. concl. n.* 38 *& Concl.* 19. *n.* 52. Tinckelthauſ: *obſ.* 116 *n.* 17. Sed quid ſi correi debendi contractum 58.
ſuum juramento firmaverint, numquid per illud videbuntur beneficio diviſionis aliiſq; ſimilibus renuntiaſſe. Ubi duplex diſtinguendus caſus, Primus quidem, an in Inſtrumento omnia beneficia vel aliqua ſaltim ſint expreſſa, addita mentione hiſce renuntiandi. Secundus vero ſi in Inſtrumento nulla ſint renuntiationis verba, ſit tamen adſcriptum, quod promiſſor juravit omnia & ſingula in eo contenta attendere, obſervare, nec contravenire, vel in aliquo contra facere. Priorem quod attinet, ſi in Inſtrumento contineantur omnia, 59.
vel aliqua duntaxat beneficia addita renuntiatione, dubium non eſt, quin iis annexum juramentum pleniſſimæ renuntiationis vim habeat Roncheg. *ad l.* 3. §. *ubi duo ff. de duob. reis n.* 116. Benekendorf. *ad Seraphin. de Seraphin. de privil. juram. priv.* 70. *n.* 1. Poſteriori autem caſu, ubi nec beneficia enumerata vel generaliter vel ſpecialiter, nec ulla renuntiationis facta mentio eſt, nullatenus appoſitum juramentum poterit operari renuntiationem diviſionis *per l. fin. C. de non num. pecun. ibiq. Dd.* Ronchegall. *d. l. n.* 117. Etſi enim juramentum 60.

 alias

Digitized by Google

alias vim habet ſpecialis expreſſionis Seraphin. *de privil. juram. priv.* 70. *n.* 1. id tamen non procedit, ſi interveniat præſumtio deficientis conſenſus, quia tunc non habet vim expreſſi, ex quo non ſupplet defectum illius, nec juramentum generaliter præſtitum ſufficit, ubi aliquid ſpecificari debet, unde verum eſt, in illa generali conventione ex juramento, non fuiſſe, de eo, quod erat exprimendum cogitatum Idem *d. priv.* 70. *n.* 2. *ibiq.* Benekendorff. *in addit. n.* 2. conſent Ant. Gometz *tom.* 2. *var. reſol. cap.* 13. *n.* 14. Petr. Frid. Mindan. *de contin. cauſ. libr.* 3. *cap.* 21. *n.* 11. Ant. Teſſaur. *deciſ.* 166. *n.* 41, Bacchov. *ad Treutler. vol.* 2. *diſp.* 28. *theſ.* 5. *lit. C. & D. poſt med.* Andr. Fachin. *libr.* 3 *controverſ. cap.* 15. Ungepaur. *Exerc.* 11. *quæſt.* 8. Eberhard. Fabric. *in Gail enucleat. libr.* 2. *obſ.* 27. *ſect.* 3. *& noviſſ.* Goswin. Esbach. *in addit. ad Carpzov. part.* 2. *conſt.*
61. 17. *def.* 5. Verum ab hac ſententia diſcedunt Dan. Möller *ad conſtit. Sax part.* 2. *conſt.* 17. *n.* 2. *& ſeqq.* Matth. Coler *de proc. Exſec. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 395. Anth. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 23. *part.* 1. *n.* 36. *& ſeqq. junct. n.* 45. *& ſeq.* Andr. Gail. *libr* 2. *obſ.* 27. *n.* 22. *& ſeqq.* Joan Köppen. *deciſ.* 53. *n.* 16. *& ſeq.* Ruland *de commiſſar. & commiſſ. part* 4. *libr.* 6. *cap.* 4. *n.* 32. Berlich. *part* 2. *concl.* 27. *n.* 27. *& ſeqq.* Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 5. *n.* 6. ubi hanc ſententiam in praxi receptam ait, eamq; *ibid in fin.* præjudicio firmat hiſce verbis. Dieweil Er aber dennoch / der von ihme unterſchiedener Obligation redlich nach zukommen / und alle das jenige / ſo darinn begriffen / zuhalten Eidlich verſprochen. So hat Er ſich auch dawieder die exceptione excusſionis & diviſionis zugebrauchen nicht füg / ſondern Er iſt die vollſtändige Zahlung unwegerlich zuleiſten ſchuldig Jerem.
62. Setſerus *ad juramentis libr.* 1. *cap.* 25. *n.* 61. *& ſeqq.* Quod quidam ampliare nituntur, etiamſi per æquipollens, fidei ſcilicet promiſſionem an Eides ſtatt facta eſſet Valent. Francus *de fidejusſor. cap.* 5. *n.* 364. *& ſeqq.* Regner Sixtin. *conſ.* 12. *n* 113. *& ſeqq. libr.* 2. *conſil. Marpurg.* Mea tamen ſententia minus recte

recte, cum ut ſuperius jam traditum formula hæc vim juramenti neutiquam obtineat vid. Jo. Köppen *quæſt. 56.* Alii 63.
contrarias hasce ſententias ita conciliandas eſſe putant, quod hæc affirmativa ſit ſequenda, quando ſpecifice & expreſſim, excuſſionis vel diviſionis beneficio renuntiatum eſſet, prior negativa, ubi generaliter nec expreſſim Aut Teſſaur. *Pedemont. deciſ.* 166. *n.* 4. Vivius *deciſ. Neapol.* 379. *n.* 6. ubi juxta hanc conciliationem duabus vicibus judicatum eſſe teſtatur, & hanc conciliationem eſſe puram ſinceramq; veritatem Vincent. Canc. *tract. de excuſſion. bonor. quæſt.* 15. *n.* 6. *vid.* Grevæus *libr* 2. *concl.* 27. *conſ.* 2. *n.* 7. *& ſeqq.* quo etiam ſuperius in formatione hujus quæſtionis digitum quaſi intendi.

Hoc beneficium diviſionis porro, ad correos ex Teſta- 64.
mento vel ultima voluntate non pertinet Dan. Möller. *Semeſtr. libr.* 5. *differ.* 62. Richter *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis n.* 63. Freyer. *de ſolut. cap.* 2. *n.* 23. Nec moribus noſtris eo juvan- 65.
tur mercatores ſocii, tam per ſemet ipſos, quàm per inſtitores & factores mercaturam exercentes. Hi namq; in ſolidum tenentur, tam ob contrahentium utilitatem, tum quod factum unius factum videatur alterius Alex Trentacinq. *d. Reſol.* 34. *n.* 42. Ant. Peretz. *ad C. de duob. reis n.* 17. Richter *ad d. Auth. n.* 64. Cacheran: *deciſ. Pedem:* 150. *n.* 7. Bachov. *ad Treutler. vol.* 1. *Diſp.* 27. *theſ.* 10. *Lit. C.* Carpzov. *J. pr. For. part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 12. Perinde concludit Carpzov. *libr.* 5. *tit.* 8. 66.
reſp. 91. *n.* 15. duobus adminiſtratoribus civitatis quibus in ſolidum commiſſa eſt adminiſtratio exceptionem diviſionis non competere, *propter l.* 1. *&* 2. *C. quo quisq; ord. conveniatur*, de quo tamen dubitari poſſit ex eo quod hi ut ſupra jam dictum pro correis habeantur, hiſce vero per *Nov.* 99. *& Auth. Hoc ita C. de duob. reis*, quæ certè Cl. modo citatis multo eſt poſterior, beneficium diviſionis compætat modo præſentes & ſolvendo ſint, nec illi diſerte renuntiaverint. Sed generaliter

tradit

tradit Petr. Frid. Mindan. *de contin. cauſ. libr. 3. cap. 17. n. 9.* quod beneficium hoc diviſionis ſaltem & maxime obtineat in cauſis dividuis & quidem præcipua mutui atq; crediti pecuniarii aut ſimilis pondere numero & menſura conſtantis & quod pluribus correis obligatis ex facto inſtitoris vel executoris hodie, ſicut olim omnes, in ſolidum teneantur, nec beneficium hoc in individuis locum habere poſſit, quia ſic corrumperetur ſtipulatio, quamvis idem poſtea *n. 27.* diſerte docet, quod ſi omnes geſſerint tutelam & omnes ſolvendo ſint æquiſſimum ſit dividi actionem inter eos pro parte ex-
67. emplo fidejuſſorum & reorum debendi *conf. cap. 4. n. 118.* Etſi vero correi in ſolitum obligati diviſionis beneficio pro ſe & heredibus ſuis renuntiaverint: heredes tamen illorum in ſolidum conveniri nequeunt, cum excluſio hujus beneficii tantum ad ipſos correos ſit reſtringenda exiſtimandumque ſit, heredum mentionem, ideo factam, non ut ſinguli heredes ſolidum ſolverent, ſed ut correi conjunctim ſumti & conventi non magis eo uterentur, quam quibus ſuccederent argumento eorum quæ eleganter tradit Mevius *part. 6. deciſ. 94. per tot.*

68. Dictum eſt ſupra *cap. 4. n. 26.* quod duobus reis debendi ex commodato vel depoſito conſtitutis duplex inde oriatur obligatio, altera quæ ratione ipſius rei commodatæ aut depoſitæ producitur, altera quæ ratione doli aut culpæ commiſſæ, ab iis qui commodatum vel depoſitum ſuſceperunt, provenit, quæritur ergo, numquid etiam correis ex hac poſteriori obligatione conventis beneficium diviſionis competat? Late hac de quæſtione agit Ronchegall. *ad l. 3. ff. de duob. reis §. ubi duo n. 89. & ſeqq.* quorum ſuma eo potiſſimũ redit, quod quidam id negent, quia (1) id nulla lege caveatur (2) quia ubi eſt ſolus, qui in ſecundaria hac obligatione omnino ſupponitur, ibi nulla ſocietas eſſe poteſt, ideoque nec competet diviſionis exceptio *per text. expreſſ: in l. 1. §. plane 14. ff. de tut. & rat.*

rat. diſtrah. l. ſi ex duobus 15. *ff. eod.* nec à correo hoc nomine quidquam repetit *d. l.* 1. §. 14. Unde aurea *hujus* §. verba appellat Bargal. *libr.* 4. *de dolo cap.* 4. *n.* 36. & ex eo Klock. *vol.* 2. *conſ.* 59. *n.* 26. *& ſeqq.* Brunneman. *ad d. l.* 1. §. 14. *n.* 9. Nec 69.
diſtinguendum eſt, utrum quis conveniatur ex dolo proprio vel communi parum enim rationi conſentaneum ex dolo unius, ex commodatariis vel depoſitariis alium prægravari, quod ſane eveniret admiſſa diviſionis exceptione. Et lex affir 70.
firmat in ſolidum dolum ab illo committi cujus facto res ipſa depoſita vel commodata deſierit poſſe præſtari, quare ut ſolus doloſus teneatur par eſt *juxta l. in depoſiti* 9. *& l. ſeq. junct. l. Si duo* 22. *ff. depoſiti ibiq.* Brunneman, ex qua tamen *l.* 22. liquet, ſi plures hæredes unius depoſitarii pecuniam depoſitam inter ſe diviſerint, & ſic ſeparatim quaſi dolum in ſua parte commiſerint quilibet eorum pro parte teneatur. Denique ſi res non poſſet reſtitui, ſed ad æſtimationem ejus agatur, ſi uterq; ſolvendo eſt, ad partem agi poteſt contra ſingulos Brunneman *ad d. l.* 22. *n.* 1. *&* 3. Accedit quod qui dolum nullum 71.
commiſit, incommodum quoque nullum ſentire debet *l.* 1. §. *ſi apud duos* 43. *ff. depoſ.* Nec etiam in dolo, communi allegari poteſt diviſionis exceptio, qua hic conventus proprii delicti pœnam ſubit *l.* 1. §. *plane* 14. *ff. de tut. & rat. diſtrah:* Porro vo- 72.
lunt Dd. in pluribus præponentibus obligatis ex eodem contractu, per inſtitorem vel exercitorem celebrato beneficium diviſionis locum non habere, cum iniquum ſit, diſtringi in plures eum, qui cum uno tantum contraxit *l.* 1. §. *fin. junct. l.* 2. *ff. de exerc. act. l. ſi ſervum* 6. §. 1. *eod & Nov.* 99. agat de pluribus in contractu ex facto proprio obligatis, unde cum nihil dicat de iis ex facto alieno qui obligati ſunt, quoad eos ſervanda eſt juris veteris diſpoſitio, cum in iis ſubſit ſpecialis aliqua ratio à caſu, quo plures ex facto proprio obligantur, qua re nova conſtitutio correctionem continens, non debet porrigi ad caſum, qui habet ſpecialem rationem, cum ſit traditum, novam di-

 ſpoſi-

ſpoſitionem generalem limitari ab antiqua, quæ habet ſpecia-
73 le jus Ronchegall. *d. l. n. 95. & 96.* Limitatur tamen ea aſſer-
tio ut non procedat, ubi ſinguli præponentes fuiſſent nomi-
74 natim expreſſi â propoſito negotationi Jd. *ibid n.* 97. Sunt
porro qui exiſtimant, diviſionis beneficio locum non eſſe,
ſi forte unus ex correis debendi pro ipſo debito dat creditori
alium fidejuſſorem, tunc etenim illum videri huic beneficio
renuntiaſſe Bald. Novell. *in tract. de dote in 6. part. privil.* 68.
75 *ante fin.* Verum enimvero, cum obligatio fidejuſſoris acceſ-
ſoria, non debeat mutare, naturam & conditionem obligatio-
nis principalis *l. Grace* 8. *§. illud* 7. *ff. de fidejuſſor*: ideoque nec
debet adimere reo beneficium diviſionis alias competens.
76. Nec contrariam ſententiam juvare quidquam poteſt *l.* 1. *§.*
illud ſciendum 10. *de ſeparat*: quia ibi is qui *arg. d. §.* accipit fide-
juſſorem ſibi præjudicat in remedio â Jure indulto. In caſu
autem noſtro fieret præjudicium ipſi, qui fidejuſſorem dat,
cujus ratio valde eſt diverſa, unde limitationem hanc minime
eſſe amplectendam cenſet Ronchegall. *ad l.* 3. *§. ubi duo ff. de*
duob. reis n. 129. & quando præſtatur ſimpliciter fidejuſſor, qui
accedit veteri obligationi, non naſcitur nova obligatio, ſed fit
additamendum majus cautionis primæ citra novationem
77 Ant. Neguſant: *part. princip. n.* 92. *& ſeqq.* Denique bene-
ficio diviſionis indignum ſe facit, nec eo uti poteſt, qui â credi-
tore conventus ſe correum eſſe ſeu quid debere negaverit *l. ſi.*
dubitet 10 *§.* 1. *ff. de fidejuſſor. ibiq.* Brunneman. *in comment. n.* 2.
Hering: *de fidejuſſor: cap.* 27. *part.* 2. *n.* 53. Ronchegall. *d. l. n.* 130.
Limitationes tamen quasdam patitur hæc aſſertio (1) non niſi
deſpecifica negatione intelligenda. Si enim reus conven-
tus neget tantum narrata prout narrantur vera eſſe, non per
id beneficio diviſionis privatur. Nec illud perdit. Secundo,
ſi illum negationis pœniteat, vel ante, vel paulo poſt litem
conteſtatam priusquam contrarium ſit probatum Ronche-
gall. *ibid, n.* 131.

Cum

Digitized by Google

Cum vero ut ſupra dictum duobus reis beneficium di- 78.
viſionis exemplo fidejuſſorum ſit indultum, non immerito quæritur, quid de cœteris beneficiis fidejuſſoriis, ordinis nimirum ſeu excuſſionis, & cedendarum actionum ſit futurum, utrum & hæc reis noſtris commodo ſint ceſſura? Quod quidem de ordinis beneficio ſi ſtrictam juris noſtri diſpoſitionem & correalis obligationis naturam ſequare, reis minime competet. Tum quod de illo *in Nov. 99. & Auth. hoc ita.* 79.
C. de duob. reis. altiſſimum eſt ſilentium, tum quod correalis obligatio illi omnino refragetur, utpote cum uterque reus æque principalis ſit, aut ſi mutua inſuper vice fidejuſſerint, uterq; pro fidejuſſore habendus, unde omnino incertum erit, quis præ altero prior ſit excutiendus Vid. Göddæus *de contrah. & committ. Stip. cap. 9. concl. 5. n. 127. & ſeqq.* Frantzk. *Exerc. 10. quæſt. 3. n. 23. & 24.* Ant. Faber. *in Cod. ſuo libr. 8. tit. 27. def. 11. n. 3.* Carpzov. *part. 2. conſt. 18. def. 10. n. 1. & 2. ſeqq.* Lauterbach. *ad tit. ff. de duob. reis.* ubi ſolidam hanc adſignat rationem, quod licet ut ſuperius jam monitum pecunia naturaliter & realiter, ad ſolum duntaxat accipientem pervenerit. juris tamen fictione uterq; accepiſſe videatur *per l. 4. &*
5. C. ſi cert. pet. Non de ſunt tamen, qui in affirmantem incli- 80.
nant ſententiam, reiſq; etiam hoc excuſſionis beneficium adſcribunt & vindicant Ang. Aret. *ad §. duo pluresve J. de duob. reis n. 4.* Gometz. *var. Reſol. libr. 2. cap. 12. n. 2. ibiq.* Soaretz *lit. a.* Pract. Terrar. *in form. libelli contra plur. reos deb. §. quilibet ipſorum n. 6.* Prukman. *part. 1. Conſil. 3. n. 34.* ita ut ſi in veritate ad unum tantum pecunia verbi gratia, aut res commodata perveneritr hic primus debeat excuti *arg. l. unde quæritur 7. ff. commodati l. cum in plures 60. §. veſtimenta 2. ff. locati & l. fin. C. de divid. tut.* Sed ſi hos textus accuratiori expendas judicii tru- 81.
tina, parum in iis præſidii huic ſententiæ eſſe poſitum, facile deprehendes. Præterquam enim, quod accurate loquendo, ibi de correis proprie dictis non agitur, nec de ordinis benefi-

cio, ejus naturam modo recte conſideres, ibi ſermo eſt, perſpicue id oſtendunt verba *in l. 60. §. 2. ff. locat.* FULLONIS SUMTIBUS *& in d. l. 7 ff. commod.* PERICULO SUO. Atqui excuſſionis negotium, de quo nunc agimus, etiam citra cautionis oblationem expediri poteſt, quin ut ita fiat, ipſius pro-
82. prium eſt *per Nov. 4.* Sed ut ſententiæ huic ſuæ roboris quid concilient, duplex faciunt Interpretes excuſſionis beneficium, alterum (de quo hic nobis ſermo) quod *per d. Nov. 4.* fidejuſſoribus eſt indultum, & poſtea *per Nov. 99.* correis quoque accommodatum. Alterum vero, quod omnibus illis, qui ex facto alterius, vel ex eo, quod ad alium pervenit, principaliter obligati ſunt, quod beneficium jam jure Digeſtorum inventum fuit, & ita demum hoc uti quis poteſt, ſi illi cui hoc beneficium opponit, impenſas ad excutiendum alium faciendas offerat, aut idoneam cautionem præſtet, ſi excutiendus repertus ſit non ſolvendo ſe debitum integrum ſoluturum, & pro affirmativa allegatos textus, de hoc non autem priore excuſſionis beneficio accipiunt Ludolph. Schrader. *ad tit. J. de duob. reis n. 58. & ſeqq.* Göddæus *d. l. n. 130. add. l. Si dubitet 10. pr. & l. ſi contendat 28. ff. de fidejuſſor.* Caroc. *de excuſ. part. 2. quaſt. 1. n. 1. & ſeqq.* Magnif. Dn. Struve *in Diſſ. aliqua de Excuſſione ſub ejus præſidio habita theſ. 34. ſub. n. 3.* Et
83. hanc affirmativam ſententiam, ut æquitati conſonam, in praxi receptam eſſe contendunt Valent. Franc. *de fidejuſſor. cap. 4. n. 174. & 175. item cap. 5. n. 171.* Carpzov. *part. 2. Conſt. 18. def. 10. n. 4. & 5.* ubi elegans hoc adducit præjudicium Menſ. Mart Anno 1630. Seid ihr nebſt Matthies Wehnern hundert Fl. ſchuldig worden / deßwegen ihr euch als correi gegen dem gläubiger verpflichtet / welcher anitzo die Zahlung ſuchen thut. Ob nun wohl ſonſten das beneficium excuſſionis, den correis debendi nicht zuſtatten kömmet: Da dannoch gedachter Wehner berührtes Geld gantz allein zu ſich genommen / und damit gebahret hätte ꝛc. So vermöchtet ihr / ehe und bevor derſelbe
gebühr-

gebührlich excutiret die Zahlung vor eure Perſon zuthun, nicht angehalten werde B R W. Card. Tuſchus *ſub Lit. R. concl.* 108. *n.* 16 *junct. n* 41. *& ſeqq. item concl* 109 *n.* 5. Mantic *de tac. & ambig. convent. libr.* 15. *tit.* 3. *n.* 10. *& ſeqq.* nec non *libr.* 16. *n.* 10. *& ſeqq.* Alex Trentacinq. *libr.* 3. *tit. de ſolut. Reſol.* 34. *n.* 39. *& ſeqq.* ubi varie diſtinguit, quibus etiam accedit Lauterbach. *vol.* 1. *Diſp.* 5. *theſ.* 25. Freyer *de ſolut. cap.* 2. *n* 15. *in fin.* Sententiã tamen affirmttivam, 85. ſi pecunia vel res ad unum duntaxat pervenerit, reliqui correi excuſſionis beneficio indiſcriminatim gaudeant, ſi eorum quiſâ creditore conveniatur, ita temperat Bartol. *ad l.* 3. *§. ubi duo ff. de duob. reis quaeſt.* 7. eumq; ſecuti interpretes alii duplicem diſtinguentes caſum, an ſcilicet (1) id factum ſit ſciente & permittente creditore, qui ejus, quod agebatur gnarus, voluit tamen pro majori ſua cautione, ambos principaliter habere obligatos, quo caſu Bartol vult exceptionem excuſſionis dubio procul eſſe ad admittendam. Secundo vero caſu, ubi creditore prorſus id ignorante rei id inter ſe egerint, ut pecunia vel res ad unum correum duntaxat perveniret, isq; hinc commodum omne perciperet, majus cenſet oriri dubium, nec videri hanc exceptionem creditori poſſe objici, ne reorum conventio facta citra ſcientiam creditoris ullum damnum ei adferat *per text. expreſſ. in Nov.* 99. *cap.* 1. *pr. circa fin. ibi nullum ſuſtinebit damnum actor. licet aliquid rei interſe pepigerint, ignorante illo, qui eos habet obligatos, & quae ſequuntur, l. debitorum* 25. *C. de pact. ibiq.* Brunneman. & Dd. *l. id quod noſtrum eſt* 11. *junct. l. non debet* 74. *ff. de R. J.* Ronchegal. *ad. l.* 3. *§. ubi duo ff. de duob. reis n.* 158. *& mult. ſeqq.* ubi prolixe hac de re & varie diſputat. Tandem vero *n.* 169. *& ſeqq.* de utroq; caſu ſuum interponit judicium, cujus ſumma eo redit. In priori nempe 86. caſu, & ſi ſciente creditore pecunia vel res ejusq; emodumentum ad unum tantum pervenerit, omnes tantem ſe ut correos obligaverint, nulla fidejuſſionis facta mentione,

 nec

nec adhibita diſtinctione ſint vel non ſint æque participes emolumenti, in ſolidum utique omnes obligentur, & neuter alterius dici queat fidejuſſor, nec per conſequens beneficio excuſſionis uti. Nam forte creditor ipſe, quamvis gnarus facti veritatis, non erat alias crediturus pecuniam, niſi ambos æque principaliter haberet obligatos, & correus habet quod ſibi ipſi imputet, qui inſpecta veritate debuiſſet obligari ut fidejuſſor, paſſus tamen eſt uti principalem & correum ſe obſtringi, damnum ergo, quod ſibi ultro acceſſivit, ipſi non vero creditori, qui ſibi vigilavit, nocere debet *arg. c. damnum Decimo de R. J. in 6to.* videturque per hoc neglexiſſe beneficia ſibi alias ut fidejuſſori competitura, quod facere utique potuit *arg. l. Si quis in conſcribendo 29. C. de pact.* niſi forte color ſit quæſitus ſeu fraus facta fuerit â creditore forte in caſu prohibito *l. item ſi filius familias alias ſed Julianus 7. §. 1. ad SC. Maced.* de quo jam anteverti dicere *cap. 5. n. 22.* Quam concluſionem ſuam pluribus argumentis & autoritatibus firmat *vid. l. Si non ſinguli 5. C. ſi cert: pet: l. propter 4. C. de duob: reis ibiq.* Brunneman. *in Comment:* Molin: *de Uſuris quæſt.* 38. Quæ cum ita in caſu priori

87\. ubi creditor ſcivit rem ſ. pecuniam ejusque emolumentum ad unum duntaxat perveniſſe obtineant multo minus correus excuſſionis beneficio uti poterit, ſi creditor ejus rei omnino fuerit inſcius, cum factum debitorum, ut ſuperius jam demonſtratum, creditori nullatenus nocere poſſit ceu rectisſime infert Ronchegall. *d. l. n. 177. in fin.* Quæ ſi perinde ac legibus ſic ſatis conſona ſunt, locum inveniunt vix video, quid correi in beneficio excusſionis validi præſidii aut quærere aut invenire posſint, præſertim ſi inſuper huic beneficio renuntiaverint, ut paulo poſt dicetur.

Cumque hæc excusſionis Exceptio dilatoria ſit, utique ante litem conteſtatam opponenda videtur Guid: Papa *deciſ.*

88\. *94. n. 1.* Ronchegall. *ad l. 12. ff. de duob. reis n. 13.* Ant. Cab. Ronan.

nan. *libr.* 3. *tit. de fidejuſſor: concl.* 1. *n.* 13 *& n.* 80. *verbo contrarium ſumitur.* Zanger. *de except. part.* 2. *cap.* 16. *n.* 1. *& ſeqq.* Eam ta- 89.
men etiam poſt litem conteſtatam admitti, æquitati magis conſentaneum exiſtimat Göttæus *de contrah. & committ. Stip. cap.* 9. *n.* 103. *&* 104. Zanger: *d. cap.* 16. *n.* 6. Gail. *libr.* 2. *obſ.* 27. *n.* 6. Hering: *de fidejuſſor: cap.* 28. *n.* 19. Peretz: *ad C. tit. de fidejuſſor. n.* 33. cum multis aliis. Hinc diſtinguit Ronchegall. *ad d. l.* 3. 90.
§. *ubi duo n.* 122. *in fin.* an excuſſio exigatur ex diſpoſitione legis, an ex figura conventionis *per l. fin. pr. vſ. Sed ſi cum Sejo ff. de reb. cred.* & dicit primo caſu excuſſionis exceptionem ante litem conteſtatam opponi debere, ſecundo caſu autem quandocunque. Addit ibid. ſi oppoſita ſit excuſſionis exceptio 91.
in vim dilatoriæ ante litem conteſtatam, nec affectum habuerit ob paupertatem principalis, deinde debitori nova ſupervenerint bona, iterum peti poſſe excuſſionem principalis, quia ea, quæ de novo emergunt, novo egent auxilio.

Sed huic quoque exceptioni valide renuntiari poterit per tradita ſupra *n.* 51. *& ſeqq.* Huc pertinet elegans aliquis 92.
caſus ob Ant. Fabro *in C. ſuo libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 12. propoſitus, ubi correi renuntiaverant beneficiis excuſſionis & diviſionis, deinde tamen nihilominus convenerant, ne prius unus illorum in ſolitum exigi poſſet, quam ab omnibus quoque cœteris totum petitum fuiſſet. Quam clauſularum repugnantiam & quaſi inter ſe conflictum ita ibidem temperat & componit Faber. *n.* 7. *& ſeqq.* Ab omnibus quidem peti neceſſe eſſe, priusquam ab uno ſolidum exigere integrum ſit, ſed tamen ſi omnes ſimul ſolidum non offerant, non cogi creditorem per partes ſolutionem accipere, neque ab eo, quem eligere velit ſolitum ſtatim exigere prohiberi. Pro majori excuſſionis declaratione dupliciter illam conſiderant Dd. (1.) 93.
quatenus reſpicit ordinem judiciorum & illius præ poſterationem (2.) quatenus reſpicit ſolum commodum vel intereſſe conventi. Et primo quidem caſu cenſetur eſſe de apicibus

bus Juris & non admittitur ſecundo ſecus quia non in rigore ſed æquitate fundatur, cum dicatur excipiendo, non eſſe æquum tertium teneri, quoniam principalis eſt ſolvendo Ronchegall. *add. l. 3. §. ubi duo n. 125.* Ant. Neguſant. *de pignor. &*
94. *hypothec: membr. 1. octava part. princ: n. 28.* In foro tamen mercatorum Excuſſionis exceptio locum non habet Neguſ. *ibid n. 29.* Ronchegall. *d. l. n. 124.* ubi tamen *n. 125.* contrariam affirmantem ſententiam proponit & ſequitur, quia ut modo dictum excuſſionis exceptio in ſecundo ſenſu accepta non eſt de apicibus Juris ſed æquitati omnino conſentanea add: Gometz. *libr. 2. var. reſol. cap. 13. n. 14.* Andr. Fachin. *libr. 3. controv. cap. 15.* Bachov. *ad Treutler: vol. 2. diſp. 28. theſ. 5. lit. C.* Carpzov. *part. 2. conſt: 18. def. 7. n. 5. & ſeqq.* ubi in fine tale refert præjudicium Menſ. Jan. 1608. So iſt er euch die hinterſtelligen 100. Thlr. in Bürgſchafft zu zahlen pflichtig/ und hat ſich mit dem beneficio excusſionis, ungeachtet Er ſich deſſelben nicht begeben / nach gelegenheit des Falles / weil man in cauſa mercatorum ver[illegible]ret / dawieder nicht zu behelffen V. R. W.
95. Quidquid ſit & licet negativam communiter receptam ſequaris ſententiam, nihilominus tamen monent Dd. eam tantummodo locum habere, ubi ipſe fidejuſſor vel correus etiam mercator eſt Ant. Faber. *in Cod. libr. 8. tit. 28. def. 3.* Gravæus *libr. 2. concl. 27. conſid: 5. n. 7.* Carpzov: *d. def: 7. n. 2. & 3. & libr. 6. tit. 6. Reſp. 74. n. 9. & 10.* quo deficiente excuſſionis exceptio illi utique integra eſt vid. de hac quæſtione etiam Finkelthaus. *obſ 96. per tot.*

96. Reliquum nunc eſt, ut de beneficio cedendarum actionum diſpiciamus, & quin hoc correis regulariter competat dubium non eſt, *L. cum apparebit 47. ff. locati L. Stichum 95. §. ſi mandato 10 ff. de ſolut.* Ronchegall. *ad l. 11. pr. ff. de duob reis n. 54.* Göttæus *d. cap. 9. Concl. 5. n. 127.* Modeſtin. Piſtor. *part. 1. quæſt. 1. n. 1. ibiq. in addit.* Jac: Schultes. *n. 6. junct. quæſt. 2. n. 3.* Brunneman. *de ceſſion. action. cap. 3. n. 43.* Non tamen creditor tenetur

netur cedere actiones correo antequam totum debitum ſit ſolutum, licet illius ſolutio in plures terminos ſit diviſa Modeſtin. Piſtor. *dict: quæſt:* 1. *n.* 4. *ibiq.* Schultes*: in addit. n.* 8. *& ſeqq.* Cœterum quæſtionis eſt, an Creditor correo ſolventi 97
ſaltim pro rata reliquorum debitorum, an vero in ſolidum cedere actiones debeat? Ad quam diſtinguendo reſpondet *poſt. Gl. in l. Si plures ff. de Ad min. tut*: Dynum & Bart*:* Hartm. Piſtor. *part:* 1. *quæſt:* 48. *n.* 5. *& ſeqq.* inſpiciendum hic eſſe utrum correis beneficium diviſionis competat, nec ne, ut ſcilicet primo caſu ceſſio tantum pro rata, ſeu in partes fiat. Secundo autem in ſolidum quem hic conſuluiſſe operæ eritpretium *add.* Jo. Köppen. *deciſ. part:* 1. *quæſt.* 51. *n.* 8. *& ſeqq.* Ant. Hering: *de fidejuſſor: cap.* 27. *part.* 3. *n.* 28. *& ſeqq.* Brunneman. *de ceſſ: action: cap.* 3. *n.* 46. qui ex theſaur. *deciſ.* 191. & Trentacinq. *libr.* 3. *tit. de ſolut. Reſol.* 34. *n.* 38. diſtinguit, utrum pecunia ad eum pervenerit, qui convenitur in ſolidum, & tunc nulla opus eſſe ceſſione, aut num tota pervenerit ad alium, & tunc ceſſio in ſolidum non detracta parte ſua peti poteſt, an vero ad omnes pervenerit, & tunc proportionabiliter ceſſio fiet. Quo vero tempore ſit flagitanda & impetranda actionum 98.
ceſſio controverſum eſt. Sunt, qui id vel ante vel in ipſo ſolutione fieri debere contendunt. Nam ſi poſt aliquod intervallum actiones ceſſæ ſint, nihil iſta ceſſione actum erit, cum nulla tum actio ſuperfuerit *per l. Modeſtinus* 76. *ff. de ſolut:* Schrader. *J. h. t. n.* 69. Ant. Faber. *in Cod. ſuo libr.* 8. *tit.* 27. *def.* 14. Jo: Göddæus *d. cap.* 9. *concl.* 5. *n.* 117. *& ſeqq.* Hahn*: ad Weſemb: ff. de fidejuſſor: n.* 5. *vſ. quod ante p. mihi.* 900 *& ſeqq.* Brunneman. *ad L. ff. de fidejuſſor: n.* 2. *& ad L.* 11 *C. eod:* Pet: Heigius *part.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 10. *&* 11. Lentz *de ceſſion: Action: cap.* 21 *membr.* 1. *n.* 6. *&* 2. *ſeqq* Berlich. *part.* 2. *Concl.* 22. *n.* 77. Jo. Zanger: *de Except: part.* 3. *cap.* 1. *n.* 67. Sed contrariam ſententiam, quod nempe etiam 99.
poſt ſolutionem ex intervallo hæc ceſſio peti & impetrari poſſit, ut veriorem & æquiorem ſequuntur & defendunt

Matth.Coler.*d.P.E.part.1.cap.10.n.*424.*& ſeq.*Heig.*part.1.quaſt.*38. *n.*13.*& ſeqq.*Jo.Köppen:*quaſt.51.n.5.*Hering:*de fidejuſſ:cap.28.n.*38. *& ſeqq.*Carpzov:*part.2.conſt.17.def.16.n. & ſeqq.junct.libr.2.tit.6. Reſponſ.70.n.3. cum ſeqq.*Mevius *ad jus Lub.libr.3.tit.5.art.2.n.*31. Dn.Struve. *Exerc.*47.*theſ.*46.*n.*2.diſtinguit Hartm: Piſtor.*obſ.* 157.*n.*1.*& ſeqq.*inter obligationem principalem & acceſſoriam, ita ut in principali ceſſio actionum poſt ſolutionem ex intervallo fieri nequeat,in obligationibus vero acceſſoriis utique.

100 Et ceſſionem quidem actionum impetrandam eo etiam porrigunt,etſi correi vel fidejuſſores beneficio huic cedendarum actionum renuntiaſſent Carpzov. *d. def.*17. *& d. Reſp.*70. *n.*10. *& ſeqq.* Peretz. *ad C. tit. de fidejuſſor. n.* 40. *in fin.* Mevius *ad Jus Lüb. d. l. n.* 30. Berlich.*part.* 2. *concl.* 22. *n.* 66. *& ſeqq.* Dn.Struve *d. theſ.* 45. *vſ.* poteſt quoque Heigius *dict. quaſt.* 38. *n.* 40. *& ſeqq.* Ronchegall. *ad l.* 11. *pr. ff. de duob. reis n.* 57. Renuntiatio enim

101 hujus beneficii hoc tantum operatur, ut fidejuſſor non poſſit ſolutionem declinare, usque dum facta ceſſio, nihilominus tamen non obeſt, quo minus creditor poſt impetratam ſolutionem, cedere teneatur actionem, quia ejus nihil intereſt.

102 Carpzov. & Struv: *dd. ll.* Hæc tamen actionum ceſſio, quæ correo ſolvendi fit, Magiſtratus autoritate & judiciali confirmatione opus non habet Lentz. *de ceſſ. action. cap.* 26. *membr.* 4.

103 *n.*4. Varii nihilominus exſiſtunt caſus, quibus ceſſio hæc peti & impetrari nequit. Si nempe correi (1) Ex mera liberalitate ſint obligati, tunc enim altero illorum ſolidum ſolvente, ceſſio hæc peti nequid, niſi ſocii etiam fuerint *per l. in*

104 *Lege Falcid.* 62. *ff. ad L. Falcid.* Aut ſecundo, ſi ex dolo vel culpa propria unus conveniatur *L. unde queritur* 7. *pr. ff. commodati*, idem erit dicendum ſi unus correorum ex dolo communi conveniatur *L.* 1. §. *plane* 14. *ff. de tut. & rat. diſtrah. l. ſi*

105 *plures* 3. *ff. d. admin. & peric. tut.*. Perinde res ſe habet (3) ſi unus ex correis debendi fuerit liberatus, non quidem ſolutione,ſed vel ſententia abſolutoria, vel jurejurando, acceptilatione

tione

tione vel pacto aut aliis ſimilibus modis. Licet enim ratione hujus liberationis alii rei debendi, perinde atque ſolutione liberentur, tamen reus ita liberatus petere nequit â Creditore, ut is ſibi actiones ſuas contra cœteros debendi reos cedat, *arg. Gl. in l. duobus* §. 1. *vſ. ſolverit & ibi* Bart: & Jaſon. *ff. de jur. jurand.* Bart. *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis n.* 74. Lud. Schrader. *J. de duob. reis n.* 68. Salicet. *ad l.* 2. *C. eod. vſ. quæro, an Creditor Actionem cedere ſolventi* Ant: Hering. *de fidejuſſor. cap* 27. *part.* 3. *n.* 19. *& ſeqq.* ubi plures recenſentur caſus excepti. Quibus etiam accenſendus ille videtur, ſi â correis debendi ſit renuntiatum beneficio diviſionis, utpote â quo dependet 106 cedendarum actionum beneficium. Sed contrarium decidit. Ronchegall. *ad l.* 11. *pr. ff. de duob. reis n.* 57. ex hac ratione, quia renuntiatio beneficii diviſionis fit favore creditoris, ne cogatur ad partes agere, nec intelligitur facta, ut præjudicet ſolvendi, quatenus ad alium correum. Recte igitur hic poterit ceſſionem, actionum petere adverſus correum, nec obſtabit ei exceptio renuntiatæ diviſionis.

CAPUT NONUM.

QVIBUS MODIS OBLIGATIO CORREALIS SOLVITUR.

SUMMÆ.

1. *Continuatio.*
2. *Quidquid certo modo conſtituitur certó quoq; modo tollitur.*
3. *Omnis obligatio ſolutione tollitur ipſo jure.*
4. *Quod etiam in correali obtinet quoad reos credendi.*
5. *Ubi tamen requiritur, ut ipſi correo credendi, vel ejus procuratori ſolutum ſit.*
6. *Integra quoq; ſumma ut ſoluta ſit neceſſe eſt.*

7. *Si pars debiti tantum ſoluta eſt, altera pars illius alii correo rectè ſolvi poteſt.*
8. *Objectio cum ſolutione.*
9. *Correo, qui inutiliter aut rem ſuam ſtipulatus eſt, rectè non ſolvitur.*
10 *Ab uno reorum debendi præſtita ſolidi ſolutio, reliquos quoq; liberat n. 11. & 16.*
12 *Si partem ſolvit pro reliqua parte etiamnum conveniri poteſt.*
13 *Oportet autem ſolutionem realiter eſſe factam.*
14 *An una vel diverſa ſint correorum obligationes propter leges diverſimode loquentes ambiguum eſt.*
15 *Quæ per diſtinctionem conciliantur.*
18 *Limitatio, ubi ſolutio unius ſolida reos debendi non liberat.*
19 *Solutio ab alleganti probanda.*
20 *Quomodo ſolutio probetur remiſſive.*
21 *Per oblationem obſignationem ut depoſitionem judicialem, quoq;, correalis obligatio tollitur & 23.*
22 *Requiſita ejus per ſaturam quaſi recenſentur.*
24 *Etſi interponatur proteſtatio offerentem correum ſuo tantum nomine id facere, tamen reliqui rei debendi liberantur.*
25 *Si pecunia oblata ab uno reo debendi forte periit, nihilominus alter correus liberabitur.*
26 *Proxima ſolutioni eſt acceptilatio.*
27 *Quæ de jur. civ. certam ſtipulandi ſolennitatem requirit.*
28 *At hodie in deſvetudinem adiit.*
29 *Sola acceptilatio abſq; etiam pecuniæ interventu liberat.*
30 *Per acceptilationem ipſo jure tollitur obligatio correalis.*
31 *Etiam quoad alterum correum credendi.*
32 *Niſi reis ſtipulandi pro parte tantum tulerit acceptum creditor.*
33 *Si uni reo debendi acceptolatum ſit alter quoq; correus liberatur.*
34 *Sive rei ſocii fuerint ſive non.*

35. *Eti-*

35 *Etiamſi creditor expreſſe dixerit ſe acceptilationi illi tantum cui facta, prodesſe velle.*

36 *Nihil intereſt acceptilatio ſit facta ſuper contractu juris civilis, an vero jur. gent.*

37 *Acceptilatio tamen ad alium non pertinet reum ſi uni ſit facta animo remunerandi.*

38 *Item ſi uni ſua tantum portio accepto ſit lata.*

39 *Si acceptilatio jure non ſubſiſtit in perſona ejus cui facta, nec ad correum pertinet.*

40 *Quid de caſu converſo ſentiendum, ſi Titio cum uxore correaliter obligato, accepto latum ſit?*

41 *Pro qua parte eſt acceptolatum eatenus tantum tollitur obligatio correalis.*

42 *Idem obtinet in correis credendi.*

43 *Si minor alteri correorum acceptum tulerit in utrumq. reſtituenda eſt actio.*

44 *Acceptilatio facta in fraudem creditorum non ſubſiſtit.*

45 *Acceptilatione per mortis cauſa donationem uni correorum facta, hæc per reconvaleſcentiam creditoris ita reſcinditur, ut adverſus utrumq. correum actio reſtituatur.*

46 *An per novationem unius rei credendi debitor etiam liberetur ab altero. ſeq.*

50 *Novatio ab uno correorum debendi facta, totam perimit obligationem & ſeq.*

52 *Novatio partis debiti ad omnes debendi reos hunc porrigit effectum, ut faciat adminuendum debitum.*

53 *Si plures novandi animo correalem obligationem in ſe ſuſcipiant, utrum & hic debendi correi facti ſint?*

54 *Cautela hic adhibenda.*

55 *Novatio hodie aliter non fit, quàm ſi expresſis verbis id dicatur.*

56 *Contrarium à multis Dd. defenditur.*

Digitized by Google

57 *Per delegationem quoq; correalis obligatio finitur.*

58 *Delegari poteſt tàm debitor delegantis, quàm extraneus ipſi nihil debens & n. 59.*

60. *Quando delegatio perfecta cenſeatur?*

61. *Hodiernis moribus ad delegationem ſufficit pactum vel conſenſus utriusq; commode declaratus.*

62. *An expresſis verbis dicendum ſit delegationem eſſe factam?*

63. *Si unus ex correis credendi debitorem communem extraneo deleget, hic tam ab ipſo delegante quàm altero credendi reo liberatur.*

64. *Per delegationem correalis obligatio non ſolvitur, ſi expreſſe conventum ſit, ne id ante factam plenariam ſolutionem fiat.*

65. *Nec, ſi delegans ſciverit, delegatum mox eſſe decoctu-rum.*

66. *Correus id quod creditor ipſi debet recte compenſat.*

67. *Compenſatio pro ſolutione eſt.*

68. *Et liberat ipſo jure.*

69. *Quod tamen ad concurrentum ſummam tantum porrigendum.*

70. *Confuſione etiam correalis obligatio tollitur.*

71. *Quod tamen in l. 13. ff. de duob. reis per diſtinctionem explicatur.*

72. *Quid ſit confuſio*

73. *Quomodo fiat confuſio.*

74. *Confuſio non fit in totum, ſed pro illa tantum parte, proqua defuncto ſucceditur.*

75. *Si creditor uni correorum debendi ſucceſſerit, illius tantum, cui ſuccesſit obligatio exſtinguitur.*

76. *Quod tamen limitatur ſi omnis pecunia ad defunctum pervenit.*

77. *Si defunctus correus cui à creditore ſucceditur alterius reiſocius fuerit, ſuperſtes in partem tantum convenitur & 78.*

79. *Hæreditatis aditio ficta ſolutionis ſpecies eſt.*

80. *Si correus debendi creditori hæres exiſterit, tollitur correalis obligatio.*

81. Si

81. *Si rei ſtipulandi ſibi invicem ſuccedant obligatio non confunditur*
82. *Idem obtinet in reis debendi.*
83. *Objectio.*
84. *Ejusq; ſolutio.*
85. *Sunt qui cenſent hæredem ſui correi debendi in ſolidum omnino conveniri non poſſe & n. ſeq.*
87 *Capitis diminutio alterius correi debendi alterum obligationi non eximit.*
88 *Ratio hujus.*
89 *De qua capitis diminutione hæc deciſio ſit intelligenda.*
90 *Cur obligationi capitis diminutio, illam pasſum eximat?*
91 *Idem obtinet quoque in correis credendi.*
92 *Si nullus ex correis debendi triginta annorum ſpatio fuerit conventus, omnes exceptione præſcriptionis tuti ſunt.*
93 *Quod tamen non obtinet, ſi uſuræ durante tempore ſint ſolutæ.*
94 *Si unus correorum debendi juraverit, ſe nihil debere, omnes liberantur.*
95 *Quid in ſententia obtineat remiſſive.*
96 *Interitu rei abſq; mora & facto contingente correi liberantur.*

DIctum hactenus ut arbitror ſatis eſt de reorum conſtitutione, obligatione ejuſq; effectibus, conventione & beneficiis: progrediendum igitur nunc erit ad modos, quibus obligatio iſta tollitur. 1. Quidquid enim certo modo conſtituitur, certo quoq; modo tollatur & diſſolvatur neceſſe eſt *L. nihil* 35. *l. omnia* 100. *l. fere* 153 *ff. de R. J. Rubr. & t. t. J. quib. mod. toll. obligat.* Ubi primo loco occurrit ſolutio. 2. Sicut enim per illam obligatio ipſo jure ſolvitur *pr. J. quib. mod. toll. obl. l. cum quis* 38. §. 1. & *l. Stichum* 95. §. *natural. obligat.* 4 *ff. de Solut. L. qui Servum* 34. *ff. de obl. & Act.* Weſ. *par. ff. de ſolut. n.* 6. Dn. Struve *Synt. Jpr. Exerc.* 47. *theſ.* 49. & 67. Freyer. *de ſolut. cap.* 12. *n.* 1. 3. Ita quoque obligatio correalis facta ſolutione aboletur, ut ea ſubſequuta uniq; correorum credendi præſtita 4.

ſtita, liberet etiam â reliquis credendi reis. *L. 2. in fin. l. 3. §. 1. ff. de duob: reis arg. L. Si rem* 31. *§ 1. ff. de novat: L. & per jusjurand.* 13. *§. fin. ff. de acceptil. §. hujusmodi* 2. *J. de duob. reis* Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 85. ubi tamen id *n* 86. *limitat,* Ronche-
5 gall: *ad l.* 3. *verſ. utiq. ff. de duob. reis n.* 9. *&* 10. Quod tamen, ut procedat, opus eſt (1) ſolutionem ipſi correo credendi, vel ejus procuratori eſſe factam. Si enim negotiorum geſtori tantum præſtita ſit, aliter debitor non liberabitur, quam ſi Dominus ſolutionem hanc ratam habuerit *l. Si quis offerenti* 58. *pr. ff. de Solut. ibiq.* Brunneman. *in Comment.* Bart. *ad l. ex duobus §. primo. ergo quæro ff. de duob. reis & ad Auth. hoc ita C. eod. in princ. quæſt:* 3. *§: in primo ergo quæro.* Ronchegall. *ad l.* 3.
6 *verſ. utiq. n.* 11. Deinde & (2) requiritur, ut integra ſumma ſi ſoluta *l. cum duo* 2. *& l. in duobus* 3. *§.* 1. *ff. h. t. l. ſi unus* 27. *pr. ff. de pact. l. Si rem aliquam* 31. *ibi uni recte ſolvi ff. de novat: cum ſimil.*
7 Secus eſt, ſi pars debiti tantum ſit ſoluta, tunc enim alia pars alteri correo ſtipulandi poteſt ſolvi *l. qui hominem* 34. *§.* 1. *ff. de ſolut. ibiq.* Brunneman. *n.* 3. Nec huic quidquam ob-
8 ſtat, quod per litis conteſtationem ſemel factam correo credendi ita præjudicetur, ut illi amplius ſolvi nequeat, ceu jam monitum ſupra *cap.* 6. *n.* 2. unde colligendum cenſeri queat, idem in parte debiti ab uno credendi reo percepta, ſtatuendum eſſe, ut alter correus ad alteram partem non poſſit admitti. Sed verior eſt contraria ſententia. Nam in arbitrio cujuſq; ſtipulandi rei poſitum, an totum debitum exigere velit, an partem ſuam tantum: Si ergo partem ſuam tantum ſit perſecutus, litis conteſtatio ultra illam extendi nequit, ſed reliqua pars alteri correo ſtipulandi extra controverſiam integra relinquitur *arg. l.* 3 *§* 1. *ff. de duobus reis junct: l. cum decem* 71. *pr. ff. de ſolut:* Bart. *ad Auth: hoc ita in quæſt:* 3.
9 *princip: §. tertio quæro* late Ronchegall: *d. l. n.* 12. Quod ſi alter ſtipulatus ſit inutiliter puta ſub conditione impoſſibili, aut ut res ſua ipſi ſolvatur, ei qui inutiliter aut rem ſuam ſtipulatus eſt, recte non ſolvitur *per l. ſi duo* 128. *ff. de V. O. ibiq. Dd:* Simili

ter-

liter obtinet in duobus reis debendi, ut ab uno etiam præſtita ſolidi ſolutio reliquos etiam liberet *d. l. 2. & 3. §. 1. ff. de duob. reis § 1. in fin. J. eod. l. Si ex toto* 8. §. 1. *ff. de legat.* 1. Joan: de Platea *J. h. t. n.* 3. Schneidwin. *n.* 5. & Ludolph. Schrader *n.* 38. Donell. *C. de duob. reis cap.* 6. *n.* 1. Zanger. *d. l. n.* 76. Freyer. *de ſolut: cap.* 2 *n.* 26. Etſi enim creditori omnes correi in ſo- 10.
lidum erant obligati id tamen cum ab alterutro conſecutus eſt, ipſi iterata poteſtas idem exigendi omnino deneganda, Solutione namque ejus quod debetur tollitur obligatio. *d. pr. J. quib. mod: toll. obl. ibiq.* Schneidwin. *n.* 3. & Schrader. *n.* 40. ſolidum autem illud eſt, quod debetur, licet plures, ejus fuerint debitores. E. ſolutione ejus etiam ab uno facta, in omnibus extinguetur obligatio. Mantic. *de tacit: & ambig: Convent. libr.* 15. *tit.* 6. *n.* 1. Ronchegall. *d. l. n.* 14. Hinc ſponte fluit, ſi cor- 11. 12.
reus partem tantum ſolvat, illum adhuc pro reſiduo conveniri poſſe Ronchegall. *ad L.* 3 *ff. de duob. reis §. ubi duo n.* 22. Zanger. *d cap.* 1. *n.* 227. Ant: Hering. *de fidejuſſor: cap.* 20. §. 1. *n.* 33. tantum abeſt, ut per particularem ejusmodi ſolutionem correus liberari queat â tota obligatione. Ad hoc autem, ut ejusmodi ſolutio ſubſiſtat & per conſequens correo poſſit, re- 13.
quiritur eam realiter eſſe factam Bald. *in l. accepta C. de Uſur. n.* 15. nam ſi quis verbo tantum offerat ſe ad ſolvendum, verbalis iſta oblatio nihil operatur Schrader, *ad tit. J. quib. mod. toll. oblig. n.* 19. *& ſeqq.* eleganter & prolixe Donell. *de duob. reis cap.* 7. *n* 1. *&* 2. Equidem leges diverſimode de obligatione re- 14.
orum loquuntur, modo unam hic ſubeſſe aſſerentes *l. in duobus* 3. §. 1. *vſ. utiq. enim cum una ſubſit obligatio l.* 2. *in verbis totam (& ſic unam) ſolvi obligationem ff. de duob. reis L. Si ex pluribus* 16. *ff. de acceptilat: l. qui hominem* 34. §. 1. *ibi ubi reorum obligatio communis dicitur.* Modò quod in cujusque perſona propria ſingulorum conſiſtat obligatio contendentes *l. eandem* 9. §. *fin. in fin. ff. de duob. reis l. Si reus* 13. *eod generaliter* 5. *vſ. Si reus ſtipulandi ff. de fidejuſſor:* qua de re late differit & diverſa hac aſſerta va-

rie inter ſe conciliat Ronchegall. *ad l. 3. vſ. utiq. ff. de duob. reis*
15. *n. 1. & ſeqq.* Commodiſſime videtur reſponderi poſſe diſtinguendo inter obligationem conſideratam objective, & ſubjective. Priori modo dicitur obligatio una, ſi interpretamur rem debitam quia eadem res ab omnibus debetur: Poſteriori vero plures quidem dici poſſunt obligationes, propterea, quod plures ſint perſonæ, cum enim v. c. duo promiſerint, & uterque ſeorſim conveniri poſſit, oportet hic duas etiam conſiderari obligationes, quæ tamen ejusdem ſint poteſtatis, & in ſingulis in ſolidum active & paſſive competant. Relinquitur ergo, quod obligatio correalis, quoad effectum conſiderata revera ſit unica *d. l. 3. §. 1. ff. h. t.* Richter. *ad Auth. Hoc*
16. *ita C. eod n. 20. conſ.* Ronchegall. *d. l. n. 5.* Et per ſolutionem totius debiti omnibus correis liberatio contingat, ſive ea facta ſit ab uno ab ipſis obligatis, ſive â legitimo ejus procuratore,
17. per ea, quæ paulo ſuperius de reis credendi tradita ſunt. Neque hic, ut in priori caſu diſtinguendum eſt inter procuratorem & negotiorum geſtorem, quoniam ſolutione facta â quovis etiam extraneo liberantur, debitores etiam inviti *l. ſi Stichum. 8. §. fin. ff de novat: l. Solutione 23. ff de ſolut: ibiq.* Brunneman. conf. Bachov: *ad Treutl. vol. 2. Diſſ. 29. theſ. 3. lit. B.*
18. Ronchegall. *d. l. n. 15.* Evenire tamen de facto poteſt, ut ſolutio ſolidi facta ab uno ex reis debendi, alios non liberet, ſi forte hic â potentiore coactus ſit, ſolvere alteri quam vero creditori. Nam licet ipſe ſic coactus liberetur tamen illa ſolutio alteri correo non proderit, quia injuria uni correorum facta non debet alteri prodeſſe, nec nocere vero creditori, nec enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. non de-*
19. *bet 24. ff. de R. J ibiq. Dd. vid.* Ronchegall. *d. l. n. 16.* Quæ ſolutio inſuper ab allegant probanda *L. 1. C. de porbat. l. ult. C. de ſolut.* Maſcard. *de probat. concl. 78. n. 18. junct. concl. 783.* Menoch: *libr. 3. præſumt. 135.* Hering. *de fidejuſſor: cap. 20. §. 1. n. 39.* Dn. Struve, *Exercit. 47. theſ. 76.* Freyer. *de ſolut. cap. 11. n. 1.*

Varii

Varii autem ſolutionem probandi ab interpretibus addu- 20.
cuntur,& explicantur modi, de quibus omnibus prolixe diſſerere loci & thematis hujus non eſt. Sufficiet ergo allegaſſe hos,qui plena manu de iis tractarunt, inter quos eſt Maſcard: *de probat. vol.* 3. *Concl.* 1318. *cum* 2. *ſeqq.* Menoch. *libr.* 3. *præſumt.* 139. *&* 2. *ſeqq.* Ant. Hering. *d. l. n.* 41. *& ſeqq.* Freyer. *de ſolut. cap.* 11. *membr.* 1. *n.* 3. *ſeqq. usq. ad fin. cap.* Dn. Struve. *d. theſ.* 76. ubi probandi modos in compendium quaſi redegit.

Affinis maxime ſolutioni eſt judicialis oblatio, obſi- 21.
gnatio & depoſitio debiti eum in caſum â jure comparata ſeu inſtituta, cum Creditor ſolutionem accipere detrectat *L. obſignatione* 9. *C. de ſolut: l. acceptam C. de Uſuris ibiq. Dd. commun. conf.* Menoch. *de Arb. jud. quæſt. libr.* 2. *Cent.* 3. *caſ.* 232. Borchold. *de Uſur. cap. ult. n.* 5. *& aliquot ſeqq.* Jo. Köppen. *part.* 1. *quæſt.* 34. *n.* 9. *& ſeqq.* Zanger. *de Except. part,* 3. *cap.* 2. *per tot.* Jo. Göddæus. *de contrah. & committ. Stip. cap.* 12. *concl.* 4. *n.* 28. *& ſeqq.* Ern. Cothman. *reſp.* 45. *n.* 130. *& aliquot ſeqq.* Hering. *de fidejuſſor cap* 20. §. 1. *n.* 34. *& ſeqq.* Georg. Schultze. *integro tractatu hac de materia conſcripto* & noviſſime Freyer. *de ſolut. cap.* 7. *membr.* 7. *n.* 196. *& ſeqq.* Unde potiſſima tantum hujus ob- 22.
lationis requiſita delibabo. Neceſſe eſt autem primo, ut realiter fiat. Secundo ut totum debitum offeratur. Tertio ut oblatio fiat in pecunia proba non vero ejusmodi quæ ſtatim reprobabitur. Quarto, ut fiat oportuno tempore, & quinto loco opportuno. Sexto, ut offeratur teſtato, Septimo, ut Creditor legitime ad hanc depoſitionem citetur & pecunia depoſita obſignetur. Denique Octavo, ut pecunia ſic obſignata in loco tuto & publico deponatur. Quæ omnia accuratiſſime obſervanda ſunt, nec unicum omittendum. Secus, fiat depoſitum pro legitimo non habebitur. Omnibus his rite ſervatis obligatio per eam perimitur & rei pleniſſimam conſequuntur liberationem. Freyer, *d. l. n.* 217 *&* 218. conf. Schütz *in compend. Jur. Lauterbachian: tit. de accepit lat. p.* 1026. *& ſeqq.*

 Unde

23. Unde in propatulo eſt, quod ſi unus ex pluribus reis debendi, obtulit ſolidum creditum Creditori, illudque obſignaverit, hic tamen illud accipere nullo jure recuſavit, nihilominus etiam reliqui rei debendi per hoc liberentur. Ratio perſpicua eſt, quandoquidem oblatio ejusmodi, â quocunque etiam extraneo facta, hunc habet effectum, quare id multo facilius in hoc caſu recipiendum, cum maxime interſit ejus, qui debitum obtulit, cœteros correos liberari, ne, ſi forte illi â creditore conveniantur, ex actique ſint, agant pro portione ſua ad-
24. verſus illum, qui obtulit. Nec intereſt, ſive id agat nomine omnium correorum, ſive ſimpliciter, imo etſi interponat proteſtationem, quod animo faciat ſe dundaxat liberandi non etiam alios, Effectu enim inſpecto unica tantum eſt obligatio *juxta l. 3. ff. de duob. reis* quæ etiam unica hac oblatione tota ſolvitur, quantum ad ipſum creditorem, â quo amplius alii rei jure non conveniuntur. Illud tamen iſta proteſtatio forte operabitur, ut offerens poſſit agere, pro partibus virilibus adverſus alios vid. Ronchegall. *ad l. ex duobus* 18. *ff. d.* 4. *n.* 9.
25. Idem omnino dicendum, ſi pecunia ab uno reo debendi creditori oblata forte periit, id enim & alteri reo debendi proderit *per l. cum & poſtlimin: 6. C. de poſtlimin: reverſ. l. qui decem* 72. *pr. ff. de ſolut. ibiq.* Brunneman. Bart. *ad l. ex duobus* 15. *ff. de duobus reis §. Sed juxta prædicta quæro.*

26. Proxima inſuper ſolutioni eſt acceptilatio ſolutionis propterea fictæ & imaginariæ appellatione interpretibus veniens, quæ fit, cum Creditor, ad interrogationem debitoris, num acceptum habeat debitum, reſponſione ſua ei remittit *L.* 1. *ff. de Acceptil.* §. 1. *J. quib. mod. toll. oblig.* Göddæus *de contrah. & committ: ſtip. cap.* 12. *Concl.* 3 *n.*18. *&* 19. Unde certam quandam verborum & ſtipulationis ſolennitatem de jure civili requiſitam eſſe conſtat *ex §.* 1. *&* 2. *J. quibus mod. toll. oblig. l.* 1. *ff. & l.* 1. *C. de Acceptil.* Schneidwin: *ad d. §.* 1. *n.* 5. *&* 6. Ludolph. Schrader *ibid. n.* 9. Cœterum ea ſtipulationum ſolennitas

nitas jam dudum in deſvetudinem abiit, & propterea hodie acceptilatio quibuscunq; verbis liberationem inducentibus fieri poteſt, ut ideo exigua ſit reliqua differentia inter acceptilationem & pactum de non petendo Dn. Struve *Exerc.*47. *theſ.* 90. *& in J.prud. For. Rom. Germ. libr.* 3. *tit.* 21. *aph.* 12. Hahn. *in obſ. ad VVeſemb. de acceptil. n.* 4. *p.* 918. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 19. *def.* 17. *per tot.* Ubi elegans ſubjungit præjudicium: Wann nun gleich bey Entlaſſung der Bürgſchafft die zu einer rechtmäßigen Stipulation und acceptilation gehörige ſolennia nicht in acht genommen werden ꝛc. Dieweil aber dannoch berührte ſolennia heutiges Tages ſo ſtricte nicht erfordert werden / ſondern wie die Verbindung: alſo auch die Erlaſſung der Bürgſchafft / durch bloſſe Verwilligung und Abhandelung gar wol geſchehen kan ꝛc. So verbleibts auch bey ſolcher caſſation und Auffhebung der Bürgſchafft billig / und es iſt Titius den Sempronium ferner zubelangen nicht befügt V. R. W. Deinde 29.
manifeſtum eſt ex antea dictis, quod ſola acceptilatio ſine etiam pecuniæ interventu liberet, inde tamen valide inferri nequit, quod omnis acceptilatio ſemper gratuitam inducat liberationem, ceu expluribus ad id adductis textibus obſervat Dn. Struve *d. l. theſ.* 94. Stat inde concluſio quod per ac- 30.
ceptilationem ipſo etiam jure tollatur obligatio *L. in diem* 5. *ff. l.* 2. *&* 3. *C. de acceptil. l. non ſolum* 7. §. 1. *de libr. legat.* §. 1. *J. quib. mod. toll. obl.* Zanger *d. Except. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 90. Göddeus *d. cap.* 12. *concl.* 3. *n.* 17. *&* 18. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 20. §. 5. *n.* 1. *& ſeqq.* Freyer. *de ſolut. cap.* 7. *membr.* 6. *n.* 197. Hinc porro ſequitur, quod 31.
re⁹ credendi reo debendi recte acceptum ferat, ita ut etiã ab altero reo ſtipulandi liberatio contingat *L.* 2. *ff. de duob. reis L. ſi rem* 31. §. 1. *ff. de novat. l. per jusjurand.* 13. §. *ult. ff. de acceptit.* Zanger *d. cap.* 7. *n.* 30. Freyer. *d. l. n.* 183 Niſi reus ſtipulandi pro par- 32.
te tantum reum hunc liberaverit accepto ferendo *L. in duobus* 3. §. 1. *ff. de duob. reis*, nam tunc ab altero ſtipulandi correo

 reo

Digitized by Google

reo illum non liberari verius eſſe docet Jo. Ronchegall. *ad l. 2. ff. eod. n.* 112. Zanger. *d. l. n.* 31.

33. Idem eſt in reis debendi, ſi enim alter illorum acceptilatione liberatus ſit, reliquorum quoq; correorum debendi obligatio exſtinguitur *d. l. 2. ff. d. t. l. ſi ex pluribus* 16. *pr. ff. de acceptil. L. ſi rem* 31. §. 1. *ff. de novat* Schrader. *J. de duob. reis n.* 39. Zanger. *d. cap.* 7. *n.* 44. Franc. Gyriac. Niger *libr.* 2. *con-*

34. *trov.* 211. *n.* 2. Freyer. *d. l. n.* 184. Quod ampliatur, ſive rei ſocii fuerint ſive non Bart. *ad l.* 16. *ff. de duob. reis n.* 5. *& ſeqq.* Ronchegall. *late ad l.* 2. *ff. h. t. n.* 99. *per tot.* & facile inde patet, quia JCtus Javolenus *in d. l.* 2. generaliter decidit, quod acceptilatione unius tota ſolvatur correalis obligatio, ubi ergo lex non diſtinguit, nec nobis diſtinguendum eſt *arg. l.* 1. §. *generaliter ff. de legat. præſtant. cum ſimil.* porro acceptilatio perinde liberat ac ſolutio in hac autem non diſtinguitur, an rei ſocii ſint, ſive non, Ergo nec in acceptilatione illa admittenda, de quo nulla poterit dubitatio eſſe reliqua, ſi admittatur illorum Interpretum ſententia, omnes indiſtinctè reos pro ſociis habentium de qua jam cap. 6. n. 38. moni-

35. tum eſt. Secundo ampliatur hæc regula, etiamſi Creditor expreſſè dixerit, ſe acceptilatione illi duntaxat cui acceptum habet, prodeſſe velle, non etiam cœteris, cum proteſtatio hæc tanquam actui & naturæ acceptilationis contraria nihil operari poſſit aut debeat, ut eleganter & erudite id defendit contra Suaretz. *in theſaur. L. A. n.* 14. Zanger *d. cap.* 7. *n.* 45. *& ſeqq.* niſi uni ex correis facta ſit acceptilatio animo remunerandi, ceſſis inſuper actionibus adverſus reliquos correos, tunc enim hi contra correum, cui actiones ceſſæ, acceptilationis exceptione ſe tueri nequeunt vid. Zanger. *d. cap.* 7. *n.*

36. 53. Ampliatur tertio, ſive acceptilatio ſit facta ſuper debito ex contractu juris civilis ſ. gentium defendente. Etſi enim hoc à compluribus de contractibus juris gentium negetur, ex hoc fundamento, quod acceptilatio jure civili pro

modo

modo tollendi obligationem ſit conſtituta, proindeq; ad tollendos contractus juris gentium in idonea *§. 1. J. quib. mod. toll. oblig.* niſi hi ante in Aquilianam ſtipulationem ſint deducti, de quo late diſputat Jo. Ronchegall. *ad d. l. 2. n.* 100. *&*
3. ſeqq. Veruntamen cum extra controverſiam ſit ſtipulationum ſolennitatem præſertim Aquilianæ pridem ab uſu fori receſſiſſe, atq; ſic, ut paulo ante monitum, exiguam inter ſtipulationē & pactum de non petendo, quoad effectum, ſupereſſe offerentiū præſertim cum morib, hodiernis ad ſimplicitatem juris gentium ſit reditum, ita ut etiam ex nudis pactis actio detur vid. eleganter Rittershuſ. *de differ. Jur. civil. & Canon. libr. 3. cap. 1. pag.* 84 *§. ſed quidquid ſit.* Rosbach. *de compar. Jur. civ. & Canon. tit. n. n.* 16. *& ſeqq.* videri poſſit, quod abolitis utrinq; tàm ſtipulandi, quàm acceptilandi juris civilis ſubtilitatibus, quæſtio hæc ſupervacanea ſit, & quod, quandoquidem *ex l. 9. ff. h. t.* etiam ex contractibus juris gentium duo rei recte conſtituantur extra diſertam ſtipulationem, etiam per acceptilationem, cui pactum de non petendo hodie paria facit, obligationem ex contractu juris gentium initam, quoad omnes reos perimi conf. Chriſt. Lentz. *de nomin. & act. ceſſ. cap. 4. membr. 3. n.* 16. *&* 17. Idem ſecundo obtinet, ſi uni reorum 37.
rata tantum ſua portio accepto ſit lata, quod fieri poſſe *ex l. pars ſtipulationis 9. L. ſed & ſi 10. l. qui hominem 17. ff. de acceptil.* manifeſtum eſt, tunc enim cœterorum debendi reorum obligatio minime ſolvitur Jo. Ronchegall. *late ad L. 2. ff. de duob. reis n.* 110. *& ſeqq.* Zanger *d. l. n.* 54. Göddæus *d. cap. 12. Concluſ. 3. n.* 23. *& ſeqq.* Deniq; officium perdit regula ſuperius tradita, ſi acceptilatio jure non conſiſtat in perſona ejus, quem Creditor liberare voluit, puta, ſi maritus, cum duos reos haberet, Uxorem & Titium, illi autem accepto tulerit donationis cauſa. Tunc ſiquidem ob donationem inter conjuges omnino prohibitam, in perſona mulieris conſiſtere nequit, tantum ab eſt, ut ſine evitatione abſurdi in correum queat tran-

tranſive acceptilationis ejusmodi prorſus inidoneæ vel leviſſimum emolumentum Donell. *de duob. reis cap.* 7. *n.* 1. Mantic. *de tacit, & ambig. convent. libr.*16. *tit.* 6.*n.*3. & 4 Zanger. *d. l. n.* 54. *in med.* Sed quid dicendum in caſu converſo, ſi
40. nempe Titio cum uxore creditoris correaliter obligato, ſit latum accepto? Et veriuseſt, Titium ob capacitatem ſuam omnino liberari, mulierem verò ratione incapacitatis ſuæ manere obligatam perinde ac ſi pluribus correis teſtamento contingat, quorum aliquis eſt incapax ipſius liberationis, ratione ſuæ perſonæ, ea namq; incapacitas non efficit, quo minus acceptilatio operetur in perſona capacis *per l. Si is qui duos* 29. *ff. de liber. leg.* vid. Ronchegall. *ad d. l.* 2. *n.* 118. ubi diligenter penſitandum monet utrum acceptilatio ipſa ſit collata in unum ex pluribus, qui ſit per ſe incapax, aliis capacibus exſiſtentibus, an vero in illum, qui capax eſt, quamvis cœteri rei incapaces ſint, ut priore caſu per jam proxime tradita nomini proſit. Hoc vero ſecundo caſu incapacitas cœterorum non noceat capaci liberato, nec efficiat, quo minus in illius perſona tollatur obligatio, cœteris in ſolidum manentibus obligatis *arg. l. Si Titius & Seja*
41. 48. *ff. de fidejusſor. & l. Granius alias Uranius* 71. *ff. eod.* Deniq; putandum, quod pro qua parte fit acceptilatio, pro ea ſolidum intelligitur, eatenusq; tollitur obligatio *juxta* §. 1. *vſ. ſicut J. quib. mod. toll. oblig. arg. l. qua de tota* 76. *pr. ff. de rei vind.* & quatenus ad partem illius in quem acceptilatio eſt collata, abſolutus eſt ille ipſo jure pro partibus vero aliorum, liberatur ope exceptionis: ita, ut correi cœteri pro reliquo remaneant obligati, & quidem in ſolidum, quaſi tunc non intelligatur facta diviſio, â creditore per partes viriles, quantum ad alios, qui liberati non ſunt. Hoc factum igitur cæteris non proderit, cum ad hoc, quod reliquum eſt, remaneant obligati in ſolidum & non pro partibus. Ideo autem nullum eſt reorum damnum, quia quamvis una per-

perſona ſit exemta obligationi, attamen ipſo jure imminutus cumulus debiti pro illius portione ceu eleganter differit Ronchegall. *d. l. n.* 110. Idem obtinebit in pluribus reis credendi, quando unus accepto fert debitori, pro parte duntaxat, quæ eum tangit, quia ab eo tunc debitor ipſo jure eſt liberatus, non ab aliis credendi reis Ronchegall. *d. l. n.* 112. *in fin.* Quin: imo ſi minor viginti quinq; annis ex duobus reis alteri acceptum tulerit in utrumq; reſtituenda eſt actio. *L. Pater 27. §. ſi minor. 2. ff. de minor.* Hering. *de fidejuſſor. cap.* 20. *§.* 9. *n.* 10. Sfort. Oddus *de reſtit. in integr. part. 2 quæſt.* 54 *art.* 10. *n.* 49. Porro acceptilatio facta non ſubſiſtit, ſi appareat, illam eſſe factam in fraudem creditorum, ſed cenſetur omnino eſſe invalida *l. fin. pr. ff. quæ in fraud. cred.* Ronchegall. *d. l. n.* 116. Quinimo ſi creditor ex cauſa mortis donationis liberaverit alterum ex duobus debendi reis, mediante acceptilatione ad utrumq; pertinente, tunc per reconvaleſcentiam creditoris reſciſſa hac acceptilatione adverſus utrumq; actio reſtituitur *l. Senatus cenſuit 35. §. ſi duobus. 6. ff. de mort. cauſ. donat.* Ronchegall. *ibid. n.* 117.

42.
43.
44.
45.

46. Diſpiciendum nunc paucis quoq; de novatione, ubi ratione correorum credendi magna inter Dd. lis eſt, utrum alter in præjudicium alterius novare queat, ita ut ipſi per hanc noceatur. Quæ controverſia *ex l. ſi unus 27. pr. ff. de pactis & l. ſi rem aliquam 31. §. 1. ff. de novat.* quæ hac de re diverſimode loquuntur, originem traxit. In priori enim JCtus Paulus id diſerte negat hac adducta ratione, quod etſi alter correus credendi vel ſtipulandi ſolidum petere poſſit, inde tamen minime inferri debeat, quod inde etiam novandi poteſtatem habeat, ex contrario colligit JCtus Venulejus *in d. l. 31. §. 1. ff. de novat.* quod ex conceſſa ſolidum exigendi poteſtate, correo debendi integrum quoq; ſit in præjudicium correi novare Rationes utriusq; prolixe adducit

ducit & erudite examinat Göddæus *d. cap.* 12. *Concl.* 2. *n.* 9. *& ſeqq:* Varias hujus antonomiæ ſolvendæ rationes inierunt Interpretes, quæ omnes tamen ſuas habent ad mixtas difficultates, ut videre eſt apud Göddæum *d. l. n.* 11. *& ſeqq.* ubi tandem *n.* 15. *in fin.* eo inclinat, quod niſi inepte ſolvatur antinomia hæc, apte ſolvi non poſſit, cui etiam accedit Bachovius *ad Treutl. vol.* 2. *Diſp.* 27. *theſ.* 9. *lit. D. vb. in ſolidum ſtipulati ſunt in fin.* quod ſatis ſuperq; apparet ex prolixe diſputatis â Jo. Ronchegal. *ad l.* 3. *pr. de duob. reis à n.* 40. *ad n.* 50. incluſivè, ubi tamen ipſe non invenit, ubi in hujus antinoninæ ſolutione pedem tuto figere poſſit. Communiter
47. diſtingui ſolet cum Weſemb. *par. ff. de duob. reis n.* 9. utrum rei ſtipulandi ſocii ſint vel non. Priori caſu exiſtimat illos *juxta l.* 27. *ff. de Pact.* novare non poſſe, quia novatio non exſtinguat obligationem, ſed ſolummodo mutet, nec per eam liberetur debitor, neq; obligationi ſatis fiat, hinc æquius eſſe, correo jus ſuum adverſus debitorem, ad huc obligatum durare, nec in ſtipulatione permiſſum inveniri correo, obligationem mutare, ſed ſolum ſolutionem acceptare. Quam ſolutionem quoq; probat & ex traditis â Weſembecio argumentis. Peretzio contrarium urgenti ſatis reſponderi poſſe exiſtimat Hahn. *in Obſ. ad Weſemb. de duob. reis n.* 9. *pag.* 888. *& noviſſime* Dn. Schilter. *ad π. Exerc.* 8. *theſ.* 41. conf. Rich-
48. ter. *ad Auth. hoc ita C. de duob. reis n.* 85. *& ſeqq.* Ubi tamen hanc ſubjicit Epicriſin, praxin hodiernam diſtinctionem inter correos ſocios & non ſocios vix amplius agnoſcere, quin potius omnes indiſtincte correos pro ſociis haberi, & ad communicationem imploratione officii judicis teneri Petr. Heigius *part.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 11. *&* 22. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 14. qua ſtante hypotheſi deciſio *l.* 27. *pr. ff. de pactis.* moribus hodiernis fuerit omnino ſequenda, nec unius correi credendi novatio alteri ob contractam ſocietatem quidquam
49. nocebit. Veram nihilominus antinomiæ hujus ſolutionem

nem hanc eſſe cenſet Petr. Frid. Mindan. *de contin. cauſ. libr.* 3. *cap.* 17. *n.* 15. quod Venuleji ſententia procedat, ſi novatio fiat ſine præjudicio correi, puta quod novatio ei æque grata ſit & proficiat, vel quod commodum regreſſum habeat ad correum novantem. Pauli vero ſententia locum obtineat, ubi caſus eſt contrarius, & alterius rei præjudicium ſubeſt. Vel dici poſſe, quod novatio unius rei credendi procedat, ratione ſuæ partis, non vero ratione partis alterius, etiamſi ſocii ſint, id enim ex pronuntiato Pauli tantum conſtitutum eſt, ut ſolidum alter petere poſſit *l. Si unus* 27. *in pr. ff. de pact.* Et juxta Papin: poſterior iſta conventio, quæ in perſona alterius interceſſit, ſtatum & naturam obligationis, quæ inter duos reos contracta, mutare non poteſt *l. eandem* 9. *§. Sed ſi* 1. *ff. de duob. reis.*

Reos debendi quod attinet, ſi novatio ab uno illorum legitime facta ſit, tota perimitur per eam obligatio correalis *L.* 1. *ff. de novat. §. præterea* 3 *J. quib. mod. toll. oblig. ibiq.* Portius *n.* 10. Zanger *de Except. par* 3. *cap.* 5. *n.* 135. Briſſon. *de ſolut. libr.* 2. *tit. de Novat. pag. mihi* 99. At ſi in detrimentum & incommodum correi illa vergat, nihil illa ipſi præjudicabit. Cum nec pacto unius rei debendi alterius conditio poſſit fieri deterior, ut jam ſupra *cap.* 6. traditum, vid. eleganter Göddeus *de contrah. & commit. ſtip. cap.* 12. *concl.* 10. *n.* 85. Alii 51. diſtinguunt hic, an unus illorum totum debitum in novationem deducat, animo liberandi cœteros correos à priori obligatione, & totum onus in ſe ſuſcipiendi, quod ſane factum omnibus pariter proderit. Quandoquidem, ſi ab extraneo ejusmodi quid factum eſſet, illis, quanquam invitis, liberatio contingeret *l. ſi Stichum* 8. *§. fin. ff. de novat. l. Si debitor tutus* 91. *ff. de ſolut.* ſi vero nominatim ageret unus ex reis, ut unius duntaxat obligationem pro parte eum tangente novaret, novatio hæc ad cœteros minime porrigenda, perinde ut fit in acceptilatione in unius tantum perſonam

 collata

52. collata Ronchegall. *ad. d. l.* 3. *pr. n.* 33. Novario tamen partis virilis ita ad omnes correos porrigit effectum ſuum, ut faciat ad minuendum cumulum debiti Id. *ibid. n.* 35. Idem eſt, ſi extraneus aliquis pro uno ex correis debendi promittat animo novandi, tunc enim quoad hanc portionem cœteri debendi rei perinde erunt liberati *arg. l. Si pro uno* 20. *ff. ad*
53. *SC. Vellej.* Ronchegall. *d. l. n.* 37. Ulteriorem porro diſquiſitionem meretur, quid dicendum ſi plures correalem obligationem novandi animo in ſe ſuſceperint, utrum quoq; hi in ſolidum conſtituti, & correi debendi facti ſint? quod negandum videtur, tum quod in caſu dubio obligatio plurium ad idem ſimpliciter facta, ſimpliciter intelligatur & pro virilibus *l. reos* 11. §. *tabulis* 1. *ff. h. t. ibiq.* Ronchegall. *in comment.* tum, quod quibusdam illorum qui novarunt obligatione exemtis, cœteri non in ſolidum, ſed diviſim pro partibus eorum virilibus teneantur, *juxta l. Si paternam* 8. *C. ad SC. Vellej. ibiq.* Brunneman. *in Comment. vſ. quæritur primo l. ſi Titius & Seja.* 48. *pr. ff. de fidejuſſor.* Cautus ergo eſſe debet creditor,
54. ut non tantum curet exprimi expreſſe, ut quilibet, debitum per novationem ſuſcipientes, non ſolum ſe in ſolidum expreſſe obligent; ſed quandoquidem id ad conſtitutionem debendi correorum nudè non ſufficit, ut jam ſuperius *cap.* 3. notatum, ſed addatur, neceſſe eſt, id fieri animo ſe conſtituendi duos reos, vid. Ronchegall. *ad l.* 9. *pr. ff. h. t. n.* 32. Equidem ex manifeſta Imp. Juſtin. ſanctione *in l. fin. C. de*
55. *novat.* conſtat, novationem hodie aliter non fieri, quàm ſi id diſertis verbis exprimatur Weſemb. *par. ff. de novat. n.* 6 *ibiq.* Hahn *in Obſ. pag.* 905. Dn. Struve *Exerc.* 47. *theſ.* 57. Carpzov, *J. F. part.* 2. *Conſt.* 19. *def.* 11. ubi tale legitur præjudicium Menſ. Jul. Anno 1632 Dieweil aber dannoch nicht zu finden / daß der novation gedacht / und vorige Obligation und hypothec. mit ausdrücklichen Worten caſſiret und aufgehoben werden / ſo gleich wohl zu einer beſtändigen Novation zu recht

recht erfordert wird ꝛc. So mag auch angeregte Vergleichung vor eine beſtändige novation nicht gehalten werden V. R. W. Aut Faber *in C. lib.* 8. *tit.* 28. *def.* 11. *n.* 3. Joh. Schneidwin. *ad* §. 3. *J. de novat. n.* 9. quod etiam de jure veriſſimum eſt. Nihilominus tamen reperiuntur multi non 56.
ſane inferioris ſubſellii aut minorum gentium JCti, qui ex conjecturis manifeſtiſſimis & circumſtantiis vel clauſulis incompatibilibus novationem etiam hodie in duci exiſtimant inter quos enim & Gail. *libr.* 2. *Obſ.* 30. *n.* 2. *&* 3. Fachin. *libr.* 3 *Controv. cap.* 29. Menoch *libr.* 3. *præſumt.* 134. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 116. Jos. Maſcard. *de Probat. vol.* 1. *Concl.* 11. *n.* 18. *& ſeqq.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. libr.* 17. *tit.* 3 Treutacinq. *libr.* 3. *tit. de novat. Reſol.* 1. Brunneman. *ad l. fin. C. de novat.* Mevius. *part.* 2. *deciſ.* 338. *n.* 6. ubi aſſerit ex incompatibilitate poſterioris contractus cum priore, certum factæ novationis argumentum exſiſtere, quos noviſſime ſequitur Esbach. *in notis ad Carpzov. part.* 2. *conſt.* 19. *def.* 14. *n.* 8. Primas igitur procul dubio feret ea ſententia, quæ in hoc vel illo judicio forte dignoſcitur eſſe recepta.

At quid dicendum de delegatione? Certe cum is, qui de- 57.
legat ſolvere dicatur *L. quamvis* 8. §. *interdum* 3. *in fin. ff. ad S. C. Vellej. l. qui libertinus* 37. §. *ſed ſi creditor* 4. *ff. de oper libert.* & perfecta delegatione, tam vetus obligatio, quæ intercedebat inter delegantem & delegatum *l.* 2. *& l. C. de novat.* quam quæ verſabatur inter delegantem & ejus creditorem omnino tollatur, & plane novus inter alios ineatur contractus & obligatio §. 3 *J. quib. mod. toll. oblig.* Carpzov. *part.* 2. *Conſt.* 28. *def* 23. ubi tale habetur præjudicium Menſ. Febr. Anno 1628. Ob ihr wohl Veit Ziegen mit 200fl. verhafftet geweſen / dafern ihr ihn aber dannoch an Martin Römern / welcher euch gleichfals eine hohe Poſt Geldes ſchuldig geweſen / verwieſen. Er auch ſolche Anweiſung acceptiret hätte / und damit allerdinges zufrieden geweſen ꝛc. So währe durch ſolche Anwei-

 ſung

ſung und delegation Veit Ziegens Anforderung bey euch erloſchen / und ihr möchtet von ihme ferner nicht belanget werden V. R. W. Dn. Struve *Exerc.* 47. *theſ.* 44. hinc dubium non eſt, quin per factam valide delegationem tota quoq; correalis obligatio exſpiret, nec creditor correos amplius conve-
58 nire poſſit Freyer. *de ſolut. cap.* 7. *membr.* 3. *n.* 97. & 106. Exiſtimant quidem nonnulli Dd. delegationem aliter non fieri, niſi delegatus delegantis ſimul debitor ſit, cum ſi alius, quam debitor deſignetur, verius credatur dari vel correus vel fidejuſſor. *arg. l. ſi quis delegaverit* 12. & *l. ſeq. ff. de novat. &*
59 *deleg. junct. l.* 1. *C. eod. tit.* Verum alii in diverſam concedunt ſententiam nihil referre exiſtimantes, an delegatus debitor ſit delegantis, an extraneus nihil debens *per l. delegare* 11. *ff. de nov. & deleg.* Mantic. *de tac. & ambig. convent. tom.* 2. *libr.* 17. *tit.* 8. *n.* 4. Finckelthaus. *obſ.* 91; *n.* 7. Bachov. *ad Trentler. vol.* 2. *Diſp.* 29. *theſ.* 6. *lit A & D.* Brunneman. *ad l.* 11. *ff. de novat. n.*
60 2. & *ad l. Si non debitorem* 13. *eod.* Tunc autem perfecta cenſetur delegatio, cum ſtipulanti Creditori ejuſve mandatario, delegatus reſponderit, ſe ſoluturum id quod delegans antea debebat *L.* 1. *C. de novat.* Weſemb. *par ff. eod. n.* 9. *ibiq.* Hahn. *in Obſ. p.* 906. *in fin.* Zanger *de Except. part.* 3. *cap.* 6. *n.* 16. & 20.
61 Freyer *d. l. n.* 91. Quanquam hodiernis moribus ſolennis ejusmodi ſtipulatio non amplius requiratur, ſed ſufficiat pactum vel conſenſus utrinq; commode declaratus Weſemb. *d. l* Güdelin. *de Jur. noviſ. libr.* 3. *cap.* 12. Treutl. *vol.* 2. *Diſp.* 29. *theſ.* 5. *lit. A.* Carpzov. *libr.* 5. *tit.* 9. *reſp.* 105. *n.* 13. & 14. Freyer. *d. l. n.* 92 Sed quæſtionis eſt, an perinde ut in novatione requiritur, ut expreſſis verbis dicatur novationem eſſe factam *per l. fin. C. de novat. ibiq. Dd. communiter:* Ita in delegatione etiam expreſſa hujusmodi verba ſint neceſſaria? nec tacite facta eſſe intelligatur? In diverſas ab interpretibus hic itum eſt ſententias. Affirmativam ſiquidem amplectuntur Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 19. *def.* 16. ubi geminum adducit præjudici-

Digitized by Google

um Menſ. Jan. Anno 1631. Dieweil es aber dennoch damit dieſe Beſchaffenheit hat/ daß in der beſchehenen Anweiſung vorige obligation und Bürgſchafft Verſchreibung mit außdrücklichen Worten nicht caſſiret/ und auffgehoben worden/ welches doch nach gemeinen Wahn bewehrter Rechtsgelahrten/ ſo wohl in delegationibus als novationibus, wofern dieſelbe kräfftig ſein ſollen/nothwendig geſchehen muß etc. So iſt dannenhero angeregte Anweiſung für keine richtige delegation zu halten. Et Menſ. Dec. Anno 1629. Dieweil aber dannoch bey der delegation die contrahenten vorige obligation mit außdrücklichen Worten nicht caſſiret, noch auffgehoben/ ſo doch nach gemeinen Wahn der Rechtsgelahrten geſchehen ſollen etc. So hat ſich auch der Debitor, mit der angeführten delegation nicht zubehelffen/ *& d. Reſponſ:* 105. *n.* 23. *& ſeqq. cum pluribus aliis.* Negativam vero defendunt Bachov: *ad Treutl. vol.* 2. *Diſp.* 29. *theſ:* 6. *Lit: A.* Peretz. *ad Cod: tit: de novat: n.* 12. Dn: Hahn: *ad VVeſemb: ff. eod: n.* 6. vid: eleganter Mevius *in diſcuſſ: levam: inop: debitor. cap.* 7. *n.* 62. *& ſeqq.* ubi contrariam ſententiam nec rationi convenire dicit, *& part.* 2. *deciſ* 240. *per tot: ubi n.* 1. teſtatur ſecundum hanc ſententiam in tribunali Wiſmarienſi aliquoties judicatum eſſe *& deciſ:* 338. *n.* 4. Mantic. *de tac: & ambig. convent: libr.* 17. *tit:* 7. *per tot:* noviſſime Esbach. *in notis & animadverſ: ad Carpzov: part:* 2. *conſt:* 19. *def:* 16. *n.* 9. Jacob: Schultze: *in Compend: Jur: Lauterbach: tit: de novat. p.* 1016. Quid 62
vero, ſi ſint plures rei credendi, quorum unus debitorem communem, cuipiam extraneo delegavit, quatenus ad ſolidum debitum, eritne ipſe debitor delegatus ob id liberatus tum ab ipſo delegante, quam cœteris credendi correis? Quod ſane videtur affirmandum *per l. Si rem* 31. §. 1. *in fin. ff. de novat. & delegat*: tunc enim perinde eſt, ac ſi debitor delegatus ſolviſſet deleganti quod debebat, delegatio ſiquidem ſolutionis vim habet ob nomen debitoris quod in ſolutum datum eſſe videtur. Solutione autem facta à debitore à cœteris quoque creden-

credendi reis liberatur *per l. 3. ff. de duob. reis §. 1. in fin.* Quæ e-
64 tiam haud dubio in praxi obtinet. Inſignem vero regula de delegatione propoſita, patitur limitationem, nec delegans multo minus correus per factam delegationem liberatur, ſi expreſſe conventum ſit, ne id ante factam plenariam ſolutionem fieri debeat Zanger. *de cap. 6. n. 52. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ: tom. 1. cap. 64. n. 22.* Finkelthaus. *obſ. 91. n. 15.* ubi eleganter tractat Mercatorum diverbium: Daß Anweiſung keine Zahlung ſey. Franc: Niger: Cyriac: *libr. 2. Controv: 214. n. 35. d. l. n. 104.* aut ſi delegans promiſerit, delegato certo die non ſolvente ſoluturum. Et verius eſt, eum qui hoc modo delegavit nunquam liberatum fuiſſe, ſed potius in priſtina obliga-
65 tione permanſiſſe Hartman. Piſtor *obſ. 87. n. 2.* Secundo nec per delegationem liberatur delegans aut correus ejusdem ſi ſciverit delegatum mox eſſe de cocturum Jo: Petr: Surdus. *libr. 1. conſ. 145. n. 10. & dec: 23 n. 12.* modo creditor in exigendo omnem adhibuerit diligentiam, nec negligens fuerit aut dilationem ſolvendi delegato conceſſerit: Jacob: Menoch: *vol: 8. conſ. 778. n. 3. & 4.* Freyer. *de ſolut: d. cap: 7. n. 101 & 102.*

66 De compenſatione quidem jam *cap. 7. n. 53.* annotatum eſt, quod correus id quod creditor alteri correo non convento debet, compenſare nequeat: Sed longe diverſa ratio ejus debiti eſt, quo ipſi reo convento, Creditor eſt obſtrictus. Hoc enim quin compenſare poſſit, nulla reliqua eſt dubitatio.
67 Compenſatio namq; pro ſolutione eſt *L ideo 3. ff. de compenſ. l. vel permutaret ff. de liberali cauſ. l. amplius 15. ibi adverſus petentem compenſatione deductioneve uſus ſit ff. rem rat. haberi* Borchold. *de compenſ. cap. 6. n 1.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 8. n. 53. junct. n. 124. & ſeqq.* Berlich. *part. 1. concl. 23. n. 2.* Freyer. *de*
68 *ſolut. cap. 7. membr. 4. n. 1.* Quæ compenſatio liberat ipſo jure *l. verum 4. L. ſi ambo 10. l. poſteaquam 21. ff. de compenſ. l. ſi conſtat 4. & l. fin. C. eod.* Zanger. *d. l. n. 2. & n. 127.* qua uti poſſunt qui-

Digitized by Google

quicunque ſibi obligatos habent, qui petunt i. e. debitores contra Creditores Hahn. *in Obſ. ad VVeſemb. tit. de Compenſ. n.* 10. *verſ. Caſus in quibus compenſatio p.*942. Dn. Struve *Exerc.* 21. *theſ.* 23. *&* 25. *n.* 2. Zanger. *d. cap.* 8. *n.* 13. Sed id tantum ad 69
concurrentem ſummam porrigendum ſeu intelligendum eſt *d. l. Si conſtat:* 4. *L. etiam* 5. *C. de compenſ. l. cum alter.* 11. *ff. eod.* Zanger. *d. l. n.*133. De confuſione jam paucis videndum an 70
illa quoque obligationem correalem tollat, quod affirmandum *per l. ſicut* 75. *l. Stichum* 95. §. *aditio* 2 *ff. de ſolut. L. ſi id* 21. §. 1. *ff. de liber. legat: l. verborum obligatio* 107. *in fin. ff. de ſolut. l. Granius* 71 *pr. ff. de fidejuſſor. l. ut debitum* 5. *verſ. etenim C. de hæred. action:* Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 1. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 20. §. 16. *n.* 1. Göddæus *de contrah. & committ: Stip. cap.* 12. *concl.* 12. *n.* 89. *& ſeqq.* Dn. Struve *Exerc.* 47. *theſ.* 84. Quam tamen aſſertionem ita temperat JCtus Venulejus ejus *in l. Si reus* 13 *ff. de* duob. reis ut inſpiciendum ſit, an 71
aliqua differentia obligationum eſſe poſſit, ut in fidejusſore & reo principali, tunc enim alteram ab altera perimi. Cum vero duæ ejusdem poteſtatis ſint, non poſſe reperiri, alteram potius, quàm alteram conſumari ibique late in comment. Ronchegall. *n.* 1. *& ſeqq.* per tot. Eſt autem confuſio, quantum præſens negotium concernit, concurſus crediti & debiti in eandem perſonam Zang. *l. cit. n.* 2. Hering. *ibid. n.* 7. Vultejus *Jpr. Rom: libr.* 1. *cap.* 57. Dn. Struve *d. theſ.* 84. 72
ratione enim contrarietatis actio & paſſio non posſunt ſtare in eodem ſubjecto ſimul. Heres autem & defunctus cenſentur una eademq; eſſe perſona Stephan: Gratian: *diſcept. for: tom.* 2. *cap.* 203. *n.* 1. *&* 2. Hæc autem confuſio plerumque 73
oritur, ſi vel à Creditore Debitor, vel ille ab hoc heres inſtitutus ſit, hæreſque ſcriptus hæreditatem adierit, vel etiamſi tertius aliquis ab utroq; tàm creditore, quàm debitore hæres ſit ſcriptus, & hic utramq; hæreditatem agnoverit, etiamſi ſit ipſe Fiſcus *l. qui hominem* 34. §. *quidam* 8. *d. l.* 95. §. *aditio* 2. *ff. de*

ſolut: l. deducta 58. *pr. ff. ad S. C. Trebell: l. Granius* 71. *ff. de fidejuſ-ſor. l. liberari* 2. *C. de ſolut*: ante aditionem namq; non eſt con-
74 fuſio *per l. in rem* 81. *ff. ad S. C. Trebell*: Hering. *d. l. n.* 18. Non tamen confuſio fit in totum, ſed pro illa duntaxat parte, pro qua defuncto ſucceditur *L. cum à matre* 14. *C. de rei vindic: l. eum qui* 56. §. 1 *ff. de V. obl.* Gratian: *d. l. n.* 3. reſidui ex-actione ſalva manente *L. Lucius Titius* 24. *l. debitori* 50. *ff. de fidejuſſ. l. ſi adulta* 6. *C. de hered. act. l. ab eo* 7. *C. de negot. geſt: l. ſi pater* 3. *C. de contrar: jud, tut: l. ſi uxor* 7. *C. de bon. autor: jud. poſſid.* Zanger
75 *d. cap.* 9. *n.* 3. *&* 4. Hinc ſi creditor uni ex correis debendi ſucceſſerit palam eſt, illius tantum cui ſucceſſit extingui obligationem, ſalva manente alterius correali obligatione per jura jam ſuperius allegata *junct: l. debitori* 7. *C. de Pactis* ubi Imp. Antonin: *debitori inquit, tuo ſi hæres extitiſti, actio quam*
76 *contra eum habuiſti adita hereditate confuſa eſt.* Niſi defunctus ſimul alterius correi fuerit ſocius, tunc enim ſuperſtes in partem convenietur tantum *per l. Granius* 71. *ff. de fidejuſſor*: Azo *in Summ: C. de duobus reis n.* 11. Mantic. *de tac: & ambig. convent: libr.* 15. *tit.* 6. *n.* 10. quod ex practicorum modernorum ſententia, correos indiſtincte pro ſociis habentium jam ſuperius allata, indiſtincte obtinebit, adeoque diſtinctione iſta ampli-
77 us non erit opus, ſed omnino redderetur ſupervacanea. Porro diſtinguit Mantic: *d. l.* an correi conſtituti ſint ex cauſa oneroſa, an vero lucrativa. Item, an omnis pecunia ad eum pervenerit, cui creditor ſucceſſit, an pro parte tantum. Hoc caſu eatenus ſubmovebitur Creditor, quatenus ille commodum percepit, quia pro ea parte pro qua commodum ſenſit contra ſe ipſum non poteſt cedere actionem *L. Stichum* 95. §. *ſi creditor* 8. *ff. de ſolut.* add. Ronchegall. *ad l.* 13. *ff. de duob. reis n.* 15. Quando vero rei conſtituti ſunt ex cauſa lucrativa, quia ex mera liberalitate contracta eſt obligatio, nulla ſubeſt cauſa
78 dandæ exceptionis vid. *id. ibid.* Cui aſſerto nihil obſtat, quod aditio hæreditatis habeatur pro ſolutione. E cum creditor uni ex reis debendi ſuccedit ſine diſtinctione tollitur omnis obliga-

ligatio, Solutio enim ab uno facta totam exſtinguit obligati-
onem *L. 2. & l. 3. ff. de duob. reis* §. *ex hujusmodi* 1. *J. eod*: Hære- 79.
ditatis enim aditio fictæ tantum ſolutionis ſpecies eſt, cujus
inducendæ cauſam ſola æquitas ſuggeſſit, ceſſante igitur hac
cauſa (æquitatem dico) ipſa quoque fictio ceſſet, neceſſe eſt,
& lex quidem ſuadente æquitate conſtituit, ut ſucceſſio ſit lo-
co ſolutionis *L. debitoris creditor* 50. *ff. de fidejuſſor*: *l. Si Stichum* 95.
§. 2. *ff. de ſolut*: *L. Si ei* 41. §. 1. *f. de evict*: Cœterum id locum
duntaxat habet, quando hæres damnum pateretur, ſi aditio
vel ſucceſſio non eſſet loco ſolutionis. At pro ſolutione adi-
tio non accipitur, ſi hæres nec lucrum percipiat nec damnum
ſentiat vid. lat. Mantic. *d. l. n.* 13. *& ſeqq.* Similiter ſi cor- 80
reus Creditori hæres exſtiterit confuſio hæreditatis perimit
petitionis actionem *d. l.* 95. §. 2. *ff. de ſolut*: *l. debitori Creditor* 50.
ff. de fidejuſſor: *l. Si ei* 41. §. *ſi is* 2. *ff. de eviction*: ubi elegantiſſimam
utriusq; caſus rationem adducit JCtus Paulus, Cum Debitor,
inquiens, creditori ſuo hæres exſtiterit, ratio quædam inter
hæredem & hæreditatem ponitur (quæ verba eleganter ſic
explicat Hartmann. Piſtor. *libr.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 15. *&* 16. compu-
tatò quod alter alteri debeat, initur *arg*: *l.* 1. §. *Sed ſi fidei commiſ-
ſaria* 7. *ff. ſi is qui teſt. liber. eſſe juſſus* & intelligitur major hære-
ditatis pars ad debitorem pervenire quaſi ſoluta pecunia, quæ
debebatur hæreditati, & per hoc minus in bonis hæredis eſſe,
& ex contrario, cum Creditor debitori ſuo exſiſtit hæres
minus in hæreditate habere videtur tanquam ipſa
hæreditas hæredi) creditori ſolverit. Frantzk. *in Comment. ad
π. quib. mod. pign*: *vel hypoth*: *ſolv*: *n.* 23. qua ratione, debitor
majorem & locupletiorem hæreditatem, creditor autem mi-
norem percipere videtur L. 1, §: *ſi debitor* 18. *ff. ad L. Falcid*, conf.
Ronchegall: *ad l.* 13. *ff. de duob*: *reis n.* 16. Secus omnino res ſe 82.
habet, ſi rei ſtipulandi ſibi invicem ſuccedant, tunc enim eo-
rum obligatio minime confunditur L. *Si duo rei* 93. *pr. ff. de ſo-
lut*: *l. generaliter* 5. *ff. de fidejuſſ*: ſed qui ſuccedit, illi duplex com-
petit actio, tàm propria, quàm ex ſucceſſione defuncti hære-

ditaria *dd. ll.* Zanger *: de Except : part : 3. cap : 9. n. 21. & 22.* Per-
82. inde eſt in duobus reis debendi : Nam ſi illi quoque ſibi ſuc-
ceſſerint, confuſio obligationum non fit, ſed reus, qui ſuperat,
duabus tenetur principalibus obligationibus L. *ſi reus 13. ff. de
duob : reis ibiq. Gl.* & Brunneman. *in Comment : d. l. generaliter 5.
ff. de fidejuſſor :* Cujac : *ad Afric : tract : 7. ad l. 21. ff. de fidejuſſor : in
fin :* Briſſon *: de ſolut : libr : 2. tit : de confuſ : in fin : pag : 113.* Göd-
dæus *de contrahend : & committ : Stip : cap : 5. Concl : 10. n. 159.* Petr :
Nicol : Mozz : *de Stipul : tit : qui poſſ : ſtip : n. 22.* Hartm : Piſtor.
lib. 3. quaſt : 11. n. 26. & ſeqq : Zanger. *d. cap : 9. n. 23.* Mantic : *d. l.*
83. *n. 9.* Diverſum quidem videtur decidi in L. *ſi duo rei 93. §. 1. ff.
de ſolut :* ubi dicitur, *ſi duo rei ſint promittendi & alter alterum hæ-
redem ſcripſerit obligationem confundi.* Sed pridem notarunt Cu-
jac : *proxime cit : loc :* Ant : Fabr. *conject : libr. 8. cap : 4.* Hartman :
Piſtor. *d. quaſt : 11. n. 26.* Bachov. *ad Treutl : vol : 2. Diſp : 28. theſ : 7.
Lit : C.* Brunneman. *ad l. 5. ff. de fidejuſſor :* Mendoſe ibi particu-
84. lam negantem eſſe omiſſam. Etſi enim ad correctiones tex-
tuum non facile deveniendum, firmæ tamen ſatis in promtu
ſunt rationes, quæ *in d. l. 93. §. 1.* emendationem hanc non mo-
do ſuadent, ſed imperant. Inſinuare enim id primo videtur
particula ITEM *ſub initium §. 1.* locata, unde haut fallax dedu-
citur nota ſimilitudinis illius caſus cum eo, de quo *in pr. l.* actum
eſt Deinde *in d. l. 93. §. 2.* diſerte dicitur, quod quoties duæ ſint
principales obligationes in unam perſonam concurrentes,
generaliter tenendum eſſe, quod alia alteri potius adjiciatur
85. ad actionem, quam quod confuſionem pariat. Sunt tamen
qui affirmant, quod hæres ſui correi non poſſit conveniri
in ſolidum, neque ex ſua perſona, quia habet beneficium
Auth : hoc ita C. de duob : reis, neque ex perſona correi de-
functi, quia non tenetur pro illo ultra vires hæreditatis, eo ſci-
licet caſu, quo inventarium confecit ſucceſſor correus, eo au-
tem non confecto, cogetur ad ſolidi ſolutionem non obſtante,
quod diceret, ſibi competere beneficium diviſionis. Tamen
hæreditas defuncti correi cenſetur eſſe ſolvendo *§. ſancimus
auth :*

auth: de hæred: & Falcid: At ſi beneficio diviſionis â correis fuerit renuntiatum per confectionem inventarii illud neutiquàm reviviſcet *vid: tract: var: de benef: inventarij quæſt.* 232. *n.* 62. At vero ſi ad juris amuſſim exigatur hæc diſtinctio, vix 86
locum tueri poterit. Quod enim ponitur, ſuperſtitem reum nec ex ſua perſona in ſolidum conveniri poſſe, propter beneficium *Auth: Hoc ita C. de duob. reis*, inde ſubſiſtere nequit, quandoquidem jam *cap.* 8. oſtenſum eſt, beneficium diviſionis non competere, ſi alter correus non ſit ſolvendo, quæ exceptio, cum hic in propatulo ſit beneficio diviſionis præcluſa eſt via. Ex quo porro ſequitur lubricum eſſe, quod correus correi ſucceſſor, aut hæres ultra vires hæreditatis teneri confecto inventario non poſſit, cum ex ſua perſona nihilominus in ſolidum ſit obligatus. Hinc Monticulus *in Antiphanucio tract: Varior: de inventar: benef: quæſt.* 136. *n.* 57. eleganter docet. Quamvis hæres conventus ex perſona correi defuncti, non teneatur ultra vires hæreditatis, non per hoc tamen effugi & totius crediti ſolutionem, quia eſt una obligatio utique indiviſibilis, quæ duntaxat tollitur integra ſolutione facta ab uno, vel ab omnibus. Hoc tamen caſu pro modo emolumenti, quod ſenſiſſet defunctus ex ea obligatione, cui hæres ex proprio ære ſatisfeciſſet ei datur retentio, cum reputetur pro ipſius fidejuſſore & habeat actionem epetendi *d. l. quæſt.* 42. *n.* 54. & 55.

Similiter ut correus correo ſuo ſuccedendo non liberatur, ita illum 87.
obligationi non eximit, ſi alter correus per capitis diminutionem ſe obligationi ſubtraxerit *L. fin. ff. de duobus reis ibiq;* Gl. Ronchegall. & Brunneman. *in Comment.* Donell. *de duob. reis cap.* 7. *n.* 1. *in fin* Mantic. *libr.* 15. *tit.* 6 *n.* 6. Ratio hujus deciſionis hæc reddi poteſt, quod in cujuſq; 88.
reorum perſona propria peculiariſq; conſiſtat ſolidi obligatio *l. eandem* 6. *§. fin. ff. de duobus reis.* Quidquid proinde evenit, quoad unius correi obligationem nihil immutat, quatenus ad nexum alterius correi. Unde ſi unus eximitur obligationi, cœteri remanent in ſolidum obligati. Inſpicitur namq; magis qualitas exſiſtentiæ obligationis, quàm exemtio perſonæ alterius ex ipſis correis, hæc namq; utpote ſtricti juris, non egreditur perſonam exemtam Ronchegall. *ad d. l. fin: ff. de duobus reis n.* 1. De qua autem capitis diminutione deciſio hæc ſit intelligenda late diſpu- 89.

 tat

tat Ronchegall. *add. l. n. 3. & ſeqq.* Ubi eam n. 4. ob generalitatem textus ad omnes ſpecies capitis diminutionis extendit conf. Bachov. *ad Treutler: vol. 2. Diſp: 29. theſ: 1. Lit: K.* ubi dicit hodie per minimam capitis diminutionem obligationes amplius non pertimi. Porro quæ-
90. ritur, cuinam obligationi per capitis diminutionem correus illam paſſus eximatur, an civili tantum vel etiam naturali? Quam proponit & diſcutit Ronchegall. d. l. n. 7. & ſeqq. Ubi primo propugnat, quod capite minutus civili tantum non etiam naturali obligationi eximatur *per l. 2. §. hi qui 2. ff. de cap. minut: §. fin. in fin. J. de legit: adgnat: tut:* Alii propugnant, naturali quoq; obligationi capite minutos eximi, quorum fundamenta recenſet Idem *ibid. n. 8.* tandemque concludit *n. 9.* utramque ſententiam poſſe ſuſtineri, & quamlibet per ſe veram eſſe, ita, ut radix quædam obligationis remaneat in deportatis, cum nequeat illa prorſus eradicari exſtirpariq;, effectus tamen huic remanenti radici per jus civile adimitur. Nec parum conveniens alicui videri debet jus civile, impotens tollendi naturalem obligationem, ſi illius effectus elidat aut obfuſcet, ut per hoc oblique tolli intelligatur: Ita Ronchegall. d. l. ubi videri poteſt. Idem
91. dicendum eſt in reis credendi, horum namque alter & ſi capitis diminutionem paſſus eſt, tamen obligationis ſubſtantia non reſolvitur, ſed reliqui credendi correi ſolidum â debitore exigere poſſunt Ronchegall. *d. l. n. 2.*
92. Porro ſicut lis cum altero debendi correo conteſtata, præſcriptionem contra reliquos correos interrumpit, quemadmodum *cap. 7.* jam annotatum, ita ex adverſo, ſi nullus illorum ſpatio triginta vel quadraginta annorum fuerit conventus, omnes correi præſcriptionis Exceptione tuti erunt, & ſic per illam correalis obligatio erit ſublata *L. ſicut 3. l. omnes 4. & t. t. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor. ibiq;* Brunneman. *in Comment.* Modeſtin. Piſtor. *vol. 1. Conſ. 10. n. 6. & ſeqq. junct. conſ. 24. n. 15. & ſeqq.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 10. n. 1. & 2.* Göddæus *de contrah. & committ. Stip. cap. 12. Concl. 9. n. 77. & 78.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 20. §. 18. n.*
93. *10. & ſeqq.* Quod tamen non obtinet, ſi uſuræ durante hoc tempore ſint ſolutæ: anniverſaria namque uſurarum ſolutio præſcriptionem impedit & Creditori jus ſuum conſervat Hering. *d. l. n. 13. & 14.* De jurejurando
94 quoq; jam *cap. 7.* notatum, ſi unus correorum juraverit, ſe nihil debere, id cœteris quoq; reis commodo cedere, ita ut per ejusmodi juramentum tota obligatio correalis aboleatur conf. Hering. *d. cap. 20. §. 2. n. 1. & ſeqq.*
95. Quid vero obtineat in ſententia *d. cap. 7.* jam eſt expoſitum. Interitu
96. denique rei â duobus reis inſpecie promiſſæ ſine culpa aut mora eorum contingente, inducitur liberatio *L. ſi ex legato 23. L. nemo 82. §. 1. & L. inter Stipulantem 83. §. Stichum 7. ff. de V. Oblig.* Hering, *de fidejuſſor. cap. 20. §. 27. n. 1. & ſeqq.*

CAPUT

CAPUT DECIMVM & ULTIMUM

DE COMMUNICATIONE EJVS QVOD UNVS REORUM CREDENDI SOLUS EXEGIT, ET REPETITIONE EJVS QVOD CORREUS DEBENDI PRO CORREO SOLVIT.

SUMMÆ.

1. *Continuatio.*
2. *An reus credendi tenetur communicare correo ſuo, ratam ſolidi â debitore accepti? & n.* 3.
4. *Regula negativa.*
5. *Qua limitatur & n.* 6.
7. *Correus debendi ſolidum ſolvens ex Fabri ſententia â correo nihil repetere poteſt & n.* 8.
9. *Sed affirmativa ſententia repetitionem probans æquior & benignior & benignior. & n.* 12.
10 *Juri naturali adverſum eſt aliquem cum alterius damno locuple-*
11. *Quis hic dicatur locupletior factus* (*(tam.*
13. *Affirmativa ſententia crebriori calculo & in praxi recepta.*
14 *Reus debendi in ſolidum conventus ſtatim poteſt interpellare correum, ut partem ſuam præſtet, etiam non ceſſis actionibus.*
15 *Conſultius tamen & tutius eſt, ſi ceſſio petatur &* 16.
17 *Quidam diſtinguunt inter cauſam oneroſam & lucrativam.*
18 *Alii hanc diſtinctionem rejiciunt.*
19 *Pro quibus portionibus ſolvens adverſus coreos regreſſum habent? &* 2. *ſeqq.*
22 *Quænam actione ſolutum repetatur? & ſeqq.*
27 *Si contutor vel adminiſtrator civitatis pro contutore vel collega quid ſolverit recte illud repetit.*

28. *Idme*

Digitized by Google

28 *Idem obtinet in correis ex commodato & depoſito.*
29 *Sed aliter ſe res habet in delictis.*
30 *Ratio ejus.*
31 *An ſi reus pure obligatus pro correo in diem vel ſub conditione obligato, quid ſolverit, id ſtatim repetere poſſit? & n. 32.*
33 *Reus alterum correum juramento ſuo liberans nihil ab illo repetit & ſeqq.*
40 *Delegans reus debitorem ſuum licet inidoneum, à correo tamen debendi ratam repetere poteſt.*
41 *Per acceptilationem liberatus an à correo debendi quid repetat?*
42 *Indebite ſolutum an pro rata à correo repeti poſſit & 43.*
44 *Fidejuſſor plurium correorum debendi, qui beneficio diviſionis renuntiarunt, ſi pro hiſce quid ſolvit, qualem ad ipſos correos regreſſum habeat.*
45 *Concluſio tractationis.*

1. IDentidem hactenus inculcatum eſt, omnes correos ſtipulandi ſive credendi in ſolidum debitum â debitore exigere; nec minus quemvis correum debendi (niſi beneficium diviſionis ipſi integrum ſit) conveniri & ad ſolutionem in ſolidum adigi poſſe. Ultimo ergo nunc loco expendi meretur. *Primo*, utrum â reo credendi, qui ſolus debitum exegit, alteri correo credendi teneatur communicare partem ſuam? *Deinde*, an correus debendi, qui per ſolutionem ſolidi, alterum correum liberavit, ceſſione actionum, â debitore non impetrata, partem ratam â correo debendi, repetere poſſit?

2. Et reum quidem credendi quod attinet, qui ab altero ſtipulandi reo præventus eſt, diſtinguendum putat Bart: *ad l. reos promittendi 11. ff. de duob: reis §. octavo quæro*, an rei credendi ſint conſtituti ex cauſa lucrativa, & tum alter alteri, quod exegit
3. communicare non tenetur, niſi ſint ſocii *per l. in L. Falcid: 62. ff. ad L. Falcid:* an verò ex cauſa oneroſa, ubi ſubdiſtinguendum, an negotium vere ſpectet ad eum, qui ſolutionem ſolidi recepit, ut, quia verbi gratia pecunia mutua tota ipſius fuit, & tunc alter nihil repetit ab eo *arg: l. litem ſi 7. §. non ſolum 6. & ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. ff. de S. C. Macedon: aut negotium ſpectat ad alium, cui non eſt ſolutum, vel in totum, vel pro parte, & pro quantitate hac correus credendi â correo repetit, qui ſolidi ſolutionem recepit *l. ſi in re communi 19. ff. de noxal. act*: *l. ſi me & Titium 32. ff. de rebus cred*: Ronchegall. *ad l. 11. pr. h. t. n. 64.* Richter: *ad Auth. hoc ita C. eod. n. 22. & plur. ſeqq.* Cœterum hiſce non at- 4.
tentis talem de reis credendi regulam conſtituit Ronchegall. *loc. cit. n. 69.* Quod is, exegit totum credidum â debitore, non teneatur correo credendi aliquid communicare, cum perinde, ſit, ac ſi unusquisque ex correis credendi, ſibi ſoli eſſet ſtipulatus *l. ſi rem 31. §. 1 ff. de novat*: quare quis exigendo nocet aliis tantum poteſt diligentia ipſius, qui debitum præoccupat, adeo, ut jus alteri dicatur præreptum, cui inde recte ſolvi non poteſt ceu id *cap. 6.* jam annotatum. Nec eſt, quod correus hoc de damno conqueratur, quandoquidem ſcivit aut ſcire debuit, quod præoccupatione ſibi correus ex indole hujus obligationis potuerit præjudicare, debuiſſet ergo diligentiam adhibere, ne ab altero in exigendo præveniretur, quod cum non factum, utique propriæ negligentiæ imputandum. Li- 5.
mitatur nihilominus regula hæc, ubi actum eſt nominatim inter reos credendi, ut omne id, quod fuerat exactum ab iis, debeat alteri comunicari, tunc enim conventio hæc utiq; erit ſervanda, *arg. l. 1. §. Si convenit 6. ff. depoſ. Id. ibid. n. 70. & 71.* Secun- 6.
do limitatur, ſi hi correi inſuper ſint ſocii, tunc enim ſtante ſocietatis qualitate, certum eſt, emolumentum debere communicari competente ad hoc actione pro ſocio *Id. n. 72.* Tertiò limitanda videtur, ſi debitum ſit profectum ex cauſa onerosa, cui accedit quarto, ubi pecunia â ſolo exigente mutuo eſſet data. Verum duas poſteriores limitationes pluribus examinat & tandem rejicit Ronchegall. *n. 73. & ſeqq. ad fin.* Fatetur tamen ipſe *n. 76.* regulam hanc â ſe formatam ſapere iniquitatem aliquam, ut unus temere ſentiat damnum, unde dicendum putat, omnino damnum correo credendi eſſe ſarciendum, ita, ut cum nulla hic ſubſit obligatio,

 ex

Digitized by Google

ex qua actio oriatur, implorandum ſit judicis officium *arg. l.* 1. *C. de duob. reis*, præſertim, cum hodie ſemper tacita ſubſit ſocietas in conſtitutione reorum *juxta d. l.* 1. idq; propter repetitionis effectum, qui alias non erat efficax.

7. Debendi reos quod concernit, magno equidem niſu cotendit Ant. Faber. *libr.* 15. *conject. cap.* 5. *& aliquot ſeqq.* Frantz. K. *Exerc.* 10. *quæſt.* 3. *n.* 13. quod, illi, qui ſolidum ſolvit adverſus correum nulla competat repetitio, quandoquidem illi nulla actio adverſus alterum correum ſuperſit. Si enim quæ eſſet, vel fore mandati, at de illo nihil hic actum eſſe, vel negotiorum geſtorum, atqui non tam alienum, quàm proprium geſtum ab illo eſſe negotium, qui ſolidum
8. ſolvit, quia ipſe in ſolidum erat obligatus. Cui etiam proxime accedit Ronchegall. *ad l.* 11. *pr. ff. de duob. reis. n.* 41. ubi talem proponit regulam: Correus debendi totum ſolvens, nihil repetit â correo, quam in ſubſequentibus firmatum it rationibus, quod equidem videat jura de reis ipſis verba faciunt, quantum ad obligationem, ſolutionem & alios ſimiles actus, de repetitione autem nihil, diſponere quare hæc â nobis, facile nec credenda, nec affirmanda ſit. Quinimo â jure ipſo ſvaderi negativam hanc regulam, quatenus in iis cautum, unicam eſſe obligationem, quæ unica quoq; ſolutione tollatur quo ad omnes *juxta l.* 2. *&* 3. §. 1. *ff. h. t.* Et licet dicatur obligationes hic ſubeſſe plures *per l. eandem* 9. *in fin. eod.* is tamen, qui ſolvit, intelligitur ſolvere magis occaſione propriæ, quàm alterius obligationis, *arg. l. & magis* 4. *ff de ſolut. & l. ſi filius familias* 15. *ff. de in rem verſo.* Unde parum videatur rationi conſentaneum, obligationem in perſona correorum omnium exſtinctam, ex ſolutione ab uno facta, reviviſcere in perſona illius, qui non eſt elect⁹ exactusq;
9. â creditore. Cæterum utut ſubtilis iſta diſputatio, apicibus juris inſpectis, ſuſtineri forte poſſit. Impp. tamen, Diocletianus & Maximianus *in l.* 2. *C de duobus reis.* contrarium ſanxerint diſerte, *eum ſcilicet, qui in ſolidum conventus ſolverit,*

adver-

adverſus correum à Rectore provinciæ eſſe juvandum, cui textui ſatis aperto redarguendo, neſcio an ſufficiat conjectura Fabri, Triboniani manum hunc eſſe paſſum aſſerentis, præcipue cum & ipſe Faber. *in Cod. libr. 8. tit. 27. def. 1.* ſubtilitate hac inſuper habita, affirmativam ſententiam repetitioni locum relinquentem, æquiorem dicat, eoq; Jure Senatum Sabaudicum paſſim uti teſtetur, imo *def. quoq. 2.* ad repetitionem uſurarum id recte extendat. Quod equidem ſatis valida nititur ratione. Juri ſiquidem naturali adverſum eſt, aliquem cum alterius damno locupletari *l. jure naturæ 206. ff. de R. J. ibiq. Dd. commun. c. locupletari 48. Decimo de R. J. in 6to*, quin autem per ſolutionem unius rei in ſolidum factam obligatione liberatus, maximum inde ſenſerit commodum nemo ſanus temere ambiget. Unde recte quoq; monent Interpp:; eum etiam locupletiorem factum cenſeri, qui ſe ipſum à damno aliquo ſervavit, aut ſe ſuaq; per res alterius defendit, aut ſe ab obligatione alterius liberavit Petr. Pekkius *ad. d. c. 48. Decimò de R. J. n. 1.* Brunneman. *ibid. n. 2.* Quin ipſe Ronchegall. regulæ negativæ architectus, illam diſerte limitat, *(1.)* ſi contrarium inter correos convenerit *d. l. n. 41.* *(2)* ſi rei inſuper ſint ſocii. Quæ ſocietas cum jure Codicis & Novell. tacite conſtitutioni reorum inſit, ipſe Ronchegall. fatetur ea hypotheſi admiſſa formatam, à ſe regulam prorſus deſtrui *d. l. n 44.* Et hanc affirmativam ſententiam communiter Dd. ſequuntur Zanger. *de Except. part. 3. cap. 1. n. 77.* Hilliger. *in Donell. enucl. libr. 16. cap. 25. lit. F.* Carpzov. *part 2. conſt. 17. def. 14. n. 3. & 4. junct. libr. 5. tit. 8. Reſp. 91. n. 15.* Hahn. *in Obſ. ad Weſemb. ff. de duob. reis n. 7. vſ. 6. qui tamen ſolidum pag. mihi* 885. ubi à Fabro negativam defendente cavendum monet Beſold. *in de libr. jur. ex libr. 10 π. theſ. 4.* imo poteſt & debet unus correorum conventus in ſolidum, ſtatim interpellare correum, ut partem ſuam præſtet, & niſi id fecerit, condemnetur, ad omnia damna & intereſſe Alvar. Valaſc. *libr. 1. decis. 36.* Paul. Chriſtin. *vol. 4. dec. 178. n. 6.* ubi

10.
11.
12.
13.
14.

n. 6. ubi id ampliat, etiam ſi non dum ceſſionem habeat contra correum, & ſic curiam Pariſienſem judicaſſe, ex Charonda *libr.* 7. *reſp.* 131. notat Freyer. *de ſolut. cap.* 12. *n.* 19. *&* 27. in quam ſententiam præjudicium quoq; adfert Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 14. *n.* 12. *hiſce verbis* So währet ihr die hälffte ſolches Geldes / ohn angeſehen euch der Gläubiger ſeine Action und Forderung nicht cediret, von eurem correo wieder zu
15. fordern wohl berechtiget V. R. W. Omnino tamen tutius & conſultius eſt, ut is qui vel pro ſocio vel correo ſolvit, ceſſionem actionum â creditore impetret *per l. ut fidejuſſor* 39. *ibi nec ei ceſſe eſſent actiones ff. de fidejuſſor.* Beſold. *d. l.* Ronche-
16. gal. *ad l.* 11. *pr. ff. h. t. n.* 56. Unde patet admiſſa, & ſi priore ſententia, tamen impetrationem ceſſionis hodie non eſſe fruſtraneam, cum per illam, utiq; correo vel ceſſionario plenius conſuratur. Si enim utriuſq, correi bona creditori ſint obligata, vix tamen erit, ut abſq; ceſſione facta, correus etiam hypothecarum habeat perſecutionem, quæ tamen ea facta, illi omnino competet Brunneman. *de ceſſion. action. cap.* 3. *n.* 49.

17. Diſtinguendum vero cenſent non pauci Dd. & Interpp. utrum correi debendi ex cauſa reſpectu ſtipulantis oneroſa, ex quâ omnes ante utilitatem ſenſerunt, ut ita inſtar ſociorum ſe habeant, ſint conſtituti quo caſu danda ſit ſolventi actio pro ſocio *l.* 2. *C. h. t. in lege Falcid.* 62. *ff. ad L. Falcit.* an vero ex cauſa reſpectu ſtipulantis lucrativa, & tunc actio ſolventi nulla competat *d. l.* 62. niſi mutua vice fidejuſſerint, quo caſu illis in promtu ſit mandati actio vid. Mozz. *de contract. tit. de ſtipul. art. qui poſſ. ſtipul. n.* 19. Gomez *var. reſol. libr.* 2. *cap.* 12. *n.* 3. Mantic *de tac. & ambig. convent. libr.* 16. *tit.* 6. *n.* 13. *&* 14. Perez *ad Cod. de duob. reis n.* 12. Dn. Struvius *Exerc.* 47. *theſ.* 28. Atq; hoc eſt, quod correi ex mutua fidejuſſione conſequuntur utilitatis, de quo *cap.* 5. jam dictum.
18. Cæterum diſtinctionem hanc, inter cauſas oneroſas & lucrativas rejiciunt Trentacinq. *libr.* 3. *tit. de ſolut. reſol.* 34. *n.*

38. *vſ.*

38. *vſ. hac differentia.* Hahn. in Obſ. *ad VVeſemb. de duob. reis n. 7. vſ. qui tamen ſolidum p. mihi* 886. Brunneman. *ad l. 2 C. de duob. reis in fin. & de ceſſion: act. cap. 3. v. 46.* conf. Ronchegall. *ad l. 11. ff. h. t. n. 47. & 48. junct. n. 77.*

Sed pro quibus portionibus ſolvere coactus adverſus correos regreſſum habeat, quæſtionis eſt? Et perplacet hic deciſio Trentacinq. *d. l. n. 38. in fin.* aut ad illum qui ſolvit, pecunia pervenit, & tunc à correis nihil repetere poteſt, aut is ſolvit totum, adquem nihil pervenit, & tunc poteſt ſolidum repetere. Ratio hujus eſſe videtur, quod locupletior factus is, ad quem res pervenit. Hanc tamen locupletationem à repetente, ante recuperationem ſoluti omnino probandum eſſe cenſet Steph. Gratian. *tom. 1. diſcept. for. cap. 101. n. 4. & ſeqq.* Aut ad utrumq; res pervenit, & tunc cum unius ſolutione, alter quoq; liberetur æquum eſt, ut qui commodum liberationis ſentit, is etiam in commodum ſolutionis præſtandæ ferat *arg. l. ſecundum naturam 10. ff. de R. J. ibiq; Dd.* Non igitur pro quibus ſolutum eſt, ultra viriles portiones, ſed in tantum demum quantam inde conſecuti ſunt contractus utilitatem, hoc eſt, in quantum ſatisfactum eſt pro cujusq; virili portione tenebuntur Ronchegall. *ad l. reos 11. n. 56* Matth. Coler. *de Proc. exſec. part. 2 cap. 2. n. 9. & 13.* Freyer. *de ſolut. cap. 2. n 28. & 29.* Niſi forte plures fuerint correi, quorum aliqui conventi in ſolidum cœteris omiſſis, & condemnati, unuſq; eorum ſolvere coactus, tunc enim is à conſortibus litis ſimul condemnatis, non tantum virilem totius debiti portionem repetere poteſt, ſed pro virili condemnationis factæ, ut eleganter id annotavit Ant. Faber *in Cod. ſuo libr. 8. tit. 27. def. 10. per tot.* 19.
20.
21.

Haud. difficile ex paulo ante traditis collectu eſt, quanam actione id, quod ab uno ſolutum à correis repeti poſſit & debeat. Nam ſi vice mutua fidejuſſerunt, mandati actio competet, ſi ſocii fuerint (quales hodie omnes correi cenſentur) locus erit actioni pro ſocio ſeu communi dividundo 22.

 Ronche-

23. Ronchegall. *ad d. l.* 11. *pr. ff. h. t. n.* 67. At vero ſine utra hæc adſit circumſtantia, major oritur difficultas, quæ Dd. in diverſas diſtraxit ſententias. Sunt enim, qui hic negotiorum geſtorum actionem tribuunt, quam in defectu aliarum ordinariarum, variis caſibus accommodari evincit *tot. tit. ff. & C. de negot. geſt.* Et ſi enim hactenus negotium ſuum geſſit reus qui in ſolidum obligatus erat, eo tamen reſpectu, quo correum liberat, ejus ſimul negotium gerere videri poteſt Bacchov. *ad Treutler. vol. 2. Diſp.* 27. *theſ. fin. lit. F.* Ant. Teſſaur. *deciſ.* 191. *n.* 3. Beſold. *loco cit.* Carpzov. *part* 2. *conſtit.* 17. *def.* 14. *n.* 5. *& ſeqq.* quam tamen ſententiam acriter impugnat Harprecht *ad §.* 1. *J. de oblig. quæ quaſ. ex contract. n.*
24. *& ſeqq.* Alii utilem actionem ſolidum ſolventi tribuunt, inter quos Göddæus *de contrah. & commit. ſtip. cap.* 9. *n.* 135. Schra-
25. der. *ad lit J. de duob. reis n.* 70. Porro alii actionem tantum ſubſidiariam concedunt ſeu condictionem *ex l.* 32. *ff. de reb. cred.* dativam quidem non nativam Petr. Heig. *part.* 1. *quaſt.* 37. *n.* 6. *& ſeq. junct. n.* 10. *cum ſeqq.* Hahn *in Obſ. ad VVeſemb. de duob. reis n.* 7. *vſ. quia tamen ſolidum p. mihi* 886. *& ſeq.* Brunneman. *ad l.* 2. *C. h. t. in fin.* Jo: Philipp. *in uſu pract. Inſtit. libr.* 3. *eclog.* 52. *n.* 2. Lauterbach *vol.* 2. *Diſp.* 17. *part.* 2. *theſ.* 4. vid. Ronchegall. late de hac quæſtione diſputans *ad d. l.* 11. *n.* 65.
26. *& ſeqq.* Alii confugiunt ad condictionem *ex l.* 1. *C. h. t.* vel etiam ad implorationem officii judicis Ronchegall. *d. l. n.* 40. *& n.* 47. ubi hanc ultimam *ob l.* 2. *C. eod.* cum primis probat Conſultius omnino reo futurum exiſtimat Esbach. *in not. & addit. ad Carpzov. part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 14. *n.* 7. ſi exceptionem diviſionis opponat, quo facto omnes difficultates optime, & maximo conventi commodo evitari poſſint, quod lubens equidem largior. At vero qua ratione hæc exceptio illi competere poſſit, ſi ut plerumq; fieri ſvevit, huic beneficio ſit renuntiatum, mihi quidem non liquet, quo caſu ſane omnes difficultates manebunt indiſcuſſæ.

27. Liquet hinc quod ſi tutor vel adminiſtrator civitatis pro

contu-

contutore vel collega quid ſolverit, ab illo partem ſuam utiq; poſſit repetere *per l. 1. §. etſi forte 13. ff. de tut. & rat. diſtrah. ibiq.* Brunneman. *n. 7. & 8. l. ex facto 30. ff. de negot. geſt. ibiq. idem n. 1. & 2. l. imperator 11. §. fin. ff. ad mancip. ibiq;* Brunneman. *n. 1.* Carpzov. *libr. 5. tit. 8. reſp. 91. n. 15. & 16.* Idem obtinet in 28.
duobus reis ex commodato vel depoſito, ut ſi unus pro altero ob dolum & culpam quid ſolverit exempto tutorum modo, memoratorum partem repetere poſſit *per l. 1 §. Si apud duos 43. ff. depoſ.* ubi tutoribus expreſſe comparantur. Jam vero tutori actio utilis contra tutorem, pro quô quid ſolvit datur. Ergo & hisſce perinde erit danda, quod itidem ad omnes reos, qui dolo aut culpa alterius ex ſolutione facta damnum ſenſerunt, extendendum erit Bart. *ad Auth. Hoc ita C. de duob. reis quaſt. 4. princip. §. Septimo quæro.* Diverſum eſt, in 29.
delictis. Si enim ob rem furto forte ablatam, unus pro altero quid ſolverit, nihil ab illo repetere poteſt *arg. l. Si plures 38. §. fin. ff. de admin. & peric. tut.* Clud. *de condict. furtiv. cap. 41. n. 14. & ſeqq.* Lauterbach: *ad tit. de condict. furt. §. 1. n. 6.* Esbach. *in not. & addit. ad Carpzov. part. 4. conſt. 34. def. 5. n. 5. in fin.* Schütze *in compend. Jur. Lauterbach. d. t. p. 335.* Elegantem 30.
hujus rei rationem aſſignat Brunneman. *ad d. l. 38. ff. de admin. & peric. tut. n. 12.* ideo hoc caſu repetitionem denegari docens, quia ex communi dolo conveniuntur, & quisq; proprii delicti pœnam ſubit, quæ res indignum eum facit, ne à cœteris quid conſequatur, licet doli ſint participes *per l. 1. §. plane 14. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Jo. â Sande *de ceſſ. act. cap. 6. n. 58.* Manz. *de fidejuſſor. cap. 10, n. 28.* Qværi etiam poteſt, an ſi 31.
reus debendi pure obligatus totum debitum ſolverit is â correo ſuo in diem vel ſub conditione qui tenetur, ſtatim non exſpectato die aut conditione partem repetere poſſit? Quod affirmandum quidem eſſe videri poterat, quandoquidem exceptio â conditione vel die pendente deſumta, prodeſt quidem obligato adverſus creditorem principalem, at non contra correum pro illo ſolventem, quippe qui in damno eſſe non

debet

debet de eo quod eſt ſecutum lege permittente *per l.1.C.h.t.* habetq; quod ſibi imputet, qui non alter, quam ſub conditione obligari voluit, paſſus alium pure in ſolidum obligari, unde ſcire poterat, imo debebat, cum in arbitrio creditoris poſitum ſit, utrum velit conveniendi, ſolutionem alterius ad ſe etiam pro parte pertinere, ideoque hanc partem correo ſol-
